

D V C Æ

MICHAELIS DVCAE NEPOTIS
HISTORIA BYZANTINA


RES IN IMPERIO GRÆCORVM
GESTAS COMPLECTENS:

A IOANNE PALÆOLOGO I. AD MEHEMETEM II.

Accessit CHRONICON BREVE, quo Græcorum, Venetorum,
& Turcorum aliquot gesta continentur.


E BIBLIOTHËCA REGIA *nunc primùm in lucem edita,*
versione Latina, & Notis illustrata.

Studio & opera ISMAELIS BVLLIALDI.



PARISIIS,
E TYPOGRAPHIA REGIA.

M. DC. XLIX.



EMINENTISSIMO
AC ILLUSTRISSIMO
I V L I O
S. R. E. CARDINALI
MAZARINO.

ISMAEL BULLIALDVS.



D *Te*, CARDINALIS
EMINENTISSIME, *hoc*
Duce opus historicum, ani-
mique mei in edendo illo
qualemcumque *factum* affero: apud quem
Musis earumque *Mystis* amicum, tenel-
lus ille & infirmus *foelicus* adolescere, &
virium incrementum suscipere possit; qui-
bus iniurias inuidorumque calumnias pro-
pellere queat. Aliud equidem tutius nobi-

E P I S T O L A.

liusque patrocinium eligere non habui: & genium iam habere liber, victurusque mihi videtur, quod clientela tua se crediderit, Tuque, **CARDINALIS EMINENTISSIME**, eum admiseris. Inscriptum celeberrimum nomen tuum, ceu ornamentum dignitate ac splendore conspicuum, in fronte cum gestet: quodque inter ceteros libros adnumerandus etiam sit, quibus artium scientiarumque omnium officinam, Bibliothecam tuam superbissimam ac magnificentissimam *ἡμεῖς ἰατρῆον* exornas, magnum inde decus ipsi accessurum spero. Nomen authoris, cuius maiores Byzantij olim regnarunt, ab oblivione vindicabitur, inscriptum illi Bibliotheca, amplitudine sua omnia complectenti, cuius structura fama tua perpetuitati in omne aevum consuluisti. Ita equidem est, **CARDINALIS EMINENTISSIME**, per ora virorum tamdiu nomen feretur tuum, quamdiu

E P I S T O L A.

*terras genus humanum incolet. Veram
 stabilemque hanc esse laudem, non fictam
 aut fluxam, Ptolemæi Philadelphi Ægy-
 pti Regis post bis mille annos asserit pro-
 batque notissima fama: quam non gestami-
 na regia sceptrum vel diadema, non rerum
 bello gestarum claritudo, illustrem ad nostra
 etiamnum tempora transmisere: sed regio
 cultu ac sumptu pluribus librorum myria-
 dibus instructa Bibliotheca. Diceris aliis,
 qui cæteras virtutes tuas digne prædicare
 possunt; attonitus illas admirabundusque
 suspicio, simulque mœstus, quod facundia
 ac eloquentia me deficiant, quibus illas
 meritis laudibus efferre possim. Perge quod
 facis, CARDINALIS EMINENTISSIME,
 literatorum votis & otio favere, eorumque
 studia benignitate tua fouere. Vale.*



AD LECTOREM.

BENEVOLE LECTOR, ad Operis Regij ac magnifici ſtructuram, ex Regia Bibliotheca materias ſine furto alio non transferendas, cum potuerim, comportare debui. Illi equidem, quo Byzantina Hiſtoria huc & illuc ſparſa, ac velut inter rudera iacens, in ſuperbi ædificij molem ac compagem adſurgit, operam noſtram vtcumque nauauiffe, & particulæ nomen noſtrum inſcripſiſſe, aliquantam laudem nobis allaturum ſpero. Soſtratus ſiquidem Gnidius architectus Alexandriae Pharum Ptolemæo ædificans, nominis ſui ac famæ perpetuitati, ſtructuræ illud permittente rege inſcribendo, proſpexit. Ex Bibliothecæ igitur Regiæ manu ſcripto codice opus transcriptum afferro, ſtyli quidem elegantia haud ornatum & comptum: barbarum potius, impolitum ac rude dixerò; ſed rerum momento ac gravitate eximium: earumque narratione prudenti gratum. Infelici ſæculo, quo Græcia ærumnis cladibusque continuis attrita, Turcorumque tyrannide oppreſſa vltimos ducebat ſpiritus, ſtyli barbaries adſcribenda eſt: quæ totam illam gentem tam late peruaſerat: vt pauciſſimos, venuſtatem illam antiquam, leporemque ſermonis ſuis circumdare ſcriptis, ſineret. Noſter idcirco author, qui rebus etiam agendis, expediendisque negotiis, potius quam euoluendis libris operam ſuam impendebat, barbaris non ſolum vocibus vtitur: quod & anteriorum ſæculorum caſtigatiores authores, quique ſermonis nitorem affectauerunt, fecere: ſed etiam Græca verba abſurda conſtructione ſeu ſolœciſmo perturbat ac permifcet. Inter vepres tamen ſpinasque illas, flos quidam non ineruditi ingenij ſe explicat: legerat quippe ſacros libros, alioſque hiſtoriarum authores. Ita vt linguam Græcam antiquam calluiſſe, verum ſcribendi vſu ac peritia deſtitutus fuiſſe mihi videatur. Criticum propterea agere nolui, vel de verbis litem illi mouere, qui Grammatices deſerto foro, ad alienum peregrinumque ſe tranſtulit. Satis mihi viſum fuit, ſenſum verborum adſequi: & qua potui bona fide ac dili-

AD LECTOREM.

gentia in Latinum sermonem conuertere, in gratiam illorum qui linguam Græcam aut penitus ignorant, aut imperfecte didicerunt.

Byzantini Imperij res ad interitum festinantes, & postremorum Imperatorum Christianorum tempora describere aggressus, rerum usu peritum, ac sapientia politica instructum se approbat: dum causas & principia exquirat & inuestigat eorum, quæ acciderunt, Græcorumque rebus ultimam perniciem attulere. Trium equidem nouissimorum Imperatorum auspicio res gestas enarrare ipsi propositum fuit: vrbisque & Imperij excidium scriptis mandare. Quamobrem Turcorum, qui illud debellarunt; mentionem vbique facere non solum oportuit: sed ab annis pluribus iam elapsis narratio repetenda fuit: & Iohannis Cantacuzeni Iohannisque Palæologi bella ciuilia, discordiæque domesticæ in memoriam reuocandæ fuerunt: quæ Turcis in Europam traiciendi occasionem tum primum præbuere: cum inauspicato ac tristi consilio, Turcos in Europam Græci insanientes accersuerunt: sibi & aliis gentibus Christianis, cur perirent funditus, authores extitere. Manuelis Palæologi, eiusque filiorum Iohannis ac Constantini res ad captam urbem deinceps persequitur. Ad Turcorum statum quantum spectat: in Asia qualis fuerit sub Andronico seniore, paucis indicat, suspensoque pede Othmanidarum principum seriem ad Baiazitem primum percurrit: breuiterque de Othmane, Orchane & Morate primo differit. Baiazitis gesta, tam aduersus Turcorum Regulos & Temyrem: quem vulgus Tamerlanem vocat: quam Christianos principes prolixius enarrat. Laniam cædesque mutuas liberorum Baiazitis, Isæ nimirum, Musulmani, Mosis, Mustaphæ ac Mehemetis exponit. Cineitis, qui Ioniæ imperium aliquando sibi adrogauerat, variam fortunam, fraudulentum versutumque ingenium, modo ad has, modo ad illas propendens: eiusque tandem euerfionem ac ruinam describit. Moratis denique secundi, Mehemetisque itidem secundi, cum contra Turcos & Christianos in Asia, tum in Europa contra Græcos, Hungaros, Venetos, Seruios, Valachos, Genuenses, Rhodiorumque equitum collegium præcipuas res gestas enarrat. Omnia momenta adnotat, quibus By-

AD LECTOREM.

zantinum imperium a Turcis subinde labefactatum Christianis tandem ereptum est. Othmanicorum principum (quibus occasio propagandi fines imperii vix vnquam neglecta aut omissa est) artes, curas acres, assiduumque laborem in debellandis nationibus indicat. Neque etiam illa prætermisit, quæ ad religionem tam nostram Christianam, quam Musulmanicam pertinent. Concilij Florentini ab Eugenio Papa celebrati, cui Iohannes Palæologus Imperator, Iosephus Patriarcha Constantinopolitanus, & Græci cæteri interfuerunt, historiam breuiter contexuit. No-uam vero sectam, quæ inter Turcos a quodam Bercligia Mustapha inuecta est, statimque deleta, intactam non reliquit. Ad captam a Turcis Constantinopolim historiam solummodo perducere sibi proposuerat; verum spe ductus futuræ aliquando euerfionis potentia Turcicæ: gentemque Græcam in pristini splendoris statum reducendam fore ratus, post vrbis captæ annum narrationem produxit. Hunc porro authorem Laonico & Phranzi multum præstare propterea censeo: quod rerum principia & causas diligentius inuestiget: narrationisque filum parcius interrumpat. Laonicus enim, dum de rebus Turcorum confusam sæpe narrationem instituit, ad describendas, imperite vt plurimum, Occidentalium regnorum politeas digreditur. Phranzes autem præter rem, & nullius momenti multa suis inseruit: nec accurate & diligenter, præter Constantinopolitanam obsidionem, quam recte instituit & persequitur, res gestas narrat. Cum Turcorum Annalibus & Historia, a Leunclauio acerrimi iudicij viro editis, noster admodum sentit: quo nomine magnificandus mihi videtur. In illis quæ ad Iohannem vtrumque, Cantacuzenum & Palæologum, pertinent, ab ipso Cantacuzeno non valde dissentit: quamuis temporum seriem interturbasse alicubi deprehendatur. Nec silentio transmitendus est consensus, qui inter ipsum ac Leonardum Chiensem intercedit, in Constantinopoleos obsidione ac expugnatione describenda. Quæ quidem diuersorum scriptorum concordia historiae fidem conciliat: & quæ vera, quæue falsa sint, discernendi copiam facit. In rebus porro Hungaricis imperitum se prodit: statumque regni illius a morte Sigismundi Imperatoris ignorasse.

A D L E C T O R E M.

De auctoris huius Historiæ, quam sub manu habemus, nomine & genere paucissima dicenda occurrunt. Et nisi aui sui paterni nomen capite 5. edidisset, Anonymus liber proditurus erat. Verum cum ab antiquis illis Ducis, qui Constantinopoli regnarunt, se ortum dicat, & Michaelem Ducam auum suum appellet; Historiæ titulum inscripturi, aui nomen proprium ac gentilitium repetitum præfiximus: vt authoris proprium nomen nobis ignotum, tali circumstantia determinaretur. Christianæ pietatis tenacissimum, & Catholicæ Ecclesiæ communionis studiosissimum se vbiq; approbat. Græcis leuitatem malamque fidem obiicit: qui fide ac simulate cum Romana Ecclesia concordiam inierant: nec alio animo pacem composuerant; quam vt a Principibus Occidentalibus, Papa præcipue, auxilia contra Turcos consequerentur. Institutum vitæ quale fuerit, ex ipso discere possumus: qui se politicis rebus, ac negotiis tractandis occupatum fuisse tradit. Apud Gateluzios Lesbi principes vitæ partem transegit; fide ac gratia valuit: ab illisque ad Sultanum Mehemetem secundum, post urbem captam Legatus missus est. Rerum quarundam, quas narrat, spectator fuit: cumque principibus istis Lesbiis operam nauauerit, in Asia res gestas, in qua ipsum natum fuisse verisimile est, vel in Lesbo, accuratius nouisse potuit. Atque de Duca, eiusque scribendi ratione hæcenus.

Quæ vero in hoc edendo libro ipsi præstiterimus deinceps exponenda sunt. Vnico Codice Bibliothecæ Regiæ vsi sumus; operis finis in eo desideratur; nec scriptura eius castigata & emendata est: at pronunciationis hodiernæ vitio, confusione nimirum ϵ tenuis cum ω diphthongo, Iotacismo etiam continuo corrupta. Ita vt sæpe vocalis vna pro alia, diphthongus pro vocali, ac vice versa succedant. Textus illius continuus est, non sectionibus, aut capitibus distinctus, cui marginales notulæ indices quibusdam locis appositæ sunt. Faciliorem lectionem vt redderemus, textum in capita diuidere visum est: marginibus etiam notulas apponere indices eorum, quæ in textu narrantur. Cumque temporum, quibus res gestæ sunt, Epochæ omnino necessariae sint, vt clara ac perspicua narratio euadat: illas cum ex Historia Musulmanica, tum ex aliis Græcis ac Latinis excerptas apposuimus. Annos etiam Hegiræ, vbi necesse

AD LECTOREM.

fuit, & ab orbe condito secundum Græcos, Christianæ Æræ annis adiectis adscripsimus. Historiam Byzantinam appellare placuit: quoniam Ducas res in illo imperio gestas Manuele, Iohanne & Constantino imperantibus describit. Notas libro subiecimus, ut consensum ac dissensum narrationis Ducæ cum Laonico, Phranze, Leunclauio & aliis indicarem, vel alia notatu digna adnotarem. Ne nimium crescerent inhiuimus; illasque, quantum penes nos fuit, contraximus. Ducæ historiæ Chronicum breue, ex Bibliotheca Regia descriptum, attexere ad rem visum est: quod Græcorum, Turcorum ac Venetorum res gestas, & casus aliquot insignes adnotet. Græcus aliquis Peloponesius, Cephalenius, aut Zacynthius, domini Veneti subditus illud conscripsit.





INDEX CAPITVM

H V I V S O P E R I S.

CAPVT PRIMVM.

GENERATIONVM ab Adamo ad Christi Natiuitatem breuis enarratio. Annum elapsorum a Christo ad Constantini initia enumeratio. A Constantino ad Iustinianum, a Iustiniano ad Constantinum & Irenen. Ab his ad Alexium Comnenum. Breuis deinceps Imperatorum Constantinopolitanorum enumeratio ad urbem a Latinis captam. 1

CAPVT II.

Imperatorum ab urbe a Latinis capta series. Michael Palaologorum primus. Asiae minoris, quae Anatolia dicitur, status. Turcorum Reguli in Asia. Andronicus Senior. Ioannes eius F. Aegaei maris insulae ab externis occupata. 3

CAPVT III.

Orchanis Osmanidae mores. Morates eius F. imperium adeptus Lazaro Despotae Seruiae bellum infert, a iuvene Seruio occiditur, post cuius cadem Turci proelium ineunt, Seruios cadunt, & magna clade afficiunt. Lazarus viuus & multi Seruiorum proceres capiuntur & in Moratis tentoriis interficiuntur. A Veziris Jldrim Baiaziti Imperium deferretur natu minori filiorum Moratis. Fratrem natu maiorem fraude oppressum excecat Baiazites. 5

CAPVT IV.

Baiazitis Seruiis tributa imperat, Stephanum Lazari F. sibi militare iubet, eiusque sororem Mariam uxorem ducit. Carmianum Phrygiae Regulum spoliat. Ioniam inuadit. Sarchanem deditioe accipit, & Asiae Regulos in ordinem cogit. Philadelphiam occupat, & Callipoleos arcem instaurat. 6

CAPVT V.

Initia discordiae inter Ioh. Cantacuzenum & Imperatricem Annam eiusque aulae proceres. Cantacuzenus urbe discessit, dolo eum aggreduuntur aduersarij, ab amicis monetur, qui ideo ab Alexio Apocauco in carcerem coniciuntur, Apocaucum interficiunt, & propterea omnes fere necantur. Michael Ducas autoris auus paternus. 8

CAPVT VI.

Cantacuzenus calceos purpureos induit, Imperator salutatur, & ad Seruiae Cralem fugit, & cum eo foedus percutit. 10

CAPVT VII.

Homur Atinis filius traiecto Hellesponto in Europam venit, Callipolim appellit, & e ij
Duce Hist. Byz.

INDEX CAPITVM.

Didymotachum, ubi Cantacuzeni uxor substiterat, proficiscitur. Turci Thraciam vastant. Smyrna ab equitibus militia Hierosolymitanae capta. Eam frustra recuperare tentat Homur. Et in oppugnatione occumbit.

12

CAPVT VIII.

Cantacuzenus in Thraciam redit. Anna Imperatrix auxilia ab Orchane petit & impetrat. Turci imperij prouincias populantur & captiuos abducunt.

14

CAPVT IX.

Cantacuzenus Orchani filiam suam uxorem dare pollicitus, eum a foedere cum Anna iccto auertit, & auxilia ab eo obtinet. nuptiae celebrantur. Cantacuzenus Constantinopolim proficiscitur, ciuesque ut se dedant frustra hortatur, in urbem amicorum ope intrat.

16

CAPVT X.

Cantacuzenus intra Palatium accipitur. Annam, quae animo intrepido vultuque imperterritito sedebat, adit & veneratur, placatam sibi reddit, tumultum componit, plebemque demulcet. Celebratio nuptiarum Iohannis Paleologi & Cantacuzenae Helena. Coronatur Cantacuzenus. Turci Cherronesum vastantes Duce Suleimane Orchanis filio a Matthæo Despota Cantacuzeno clade magna afficiuntur.

18

CAPVT XI.

Iohannes Imperator a socero alienatus in Italiam discedit, unde reuersus Tenedum cum Catalusio consilia agit de recuperandis imperio, & urbe. Stratagemate Catalusij Iohannes Paleologus Constantinopolim recuperat, & Cantacuzenus vitam Monasticam amplectitur.

20

CAPVT XII.

Iohannis Imperatoris filiorum natu maior Andronicus, & Cuntuzes Moratis filius secundogenitus in parentes coniurant, deque occupanda tyrannide consilia agitant: quibus patefactis Morates filium suum oculis priuat, significatque Iohanni, si pacem secum habere vult, ut Andronicum etiam excæcet, cui Iohannes morem gerens filio atque etiam ex eo nepoti visum adimit, & in carcerem coniicit. Andronicus Genuensium ope liberatus imperium inuadit, patrem & fratres carceri mancipat; carcere astu se liberant, & Iohannes in solium Imperatorium restituitur. Manuel ei successor designatur. Nuptiae Catalusij & Mariae Paleologinae.

22

CAPVT XIII.

Baiazites tributa Iohanni imperat, & sibi militatum venire alterum ex eius filiis postulat. Cycladas insulas inuadit. Iohannes Constantinopolim munit, Baiazitis iussu extructa a se propugnacula diruit, tandemque obiit. Manuel qui Baiaziti militabat inque eius aula versabatur, audita patris morte, clam Constantinopolim aduenit. Baiazites id ægre ferens graues durasque condiciones ipsi imponit, Thessalonicam occupat. Constantinopolim vexat & cibaria in eam inuehi impedit. Hungari ac maxima pars Occidentalium principum in Baiazitum mouent, & ad Nicopolim a Turcis caduntur & vincuntur.

24

INDEX CAPITVM.

CAPVT XIV.

Baiazites Constantinopolim sibi dedi petit: & Iohannem eiecto Manuele Imperatorem constituit. Manuel saluti urbis ac plebis consulens Constantinopolim discedit & in Peloponesum, hinc in Italiam proficiscitur, & occidentalibus regnis ac prouinciis peragratis in Peloponesum reuertitur. 28

CAPVT XV.

Iohannes precarium imperium obtinet a Baiazite, & Cadin seu iudicem Musulmanum intra urbis mœnia accipit. Ad Baiazitem voluptatibus immersum veniunt a Temyre Chane legati, qui contumeliose a Baiazite habiti recedunt: ipse deinde in Armeniam mouet. Constantinopolim a Iohanne repetit, sed Constantinopolitani deditioem facere renuunt. Temyr Syriam inuadit, urbes expugnat, in incolas immaniter sauit. Damascum & Halepum diripit & vastat. 30

CAPVT XVI.

Temyr versus Tanaim mouet. Baiazites exercitum conscribit, & Temyri ad Ancyram castra habenti occurrit. Cometa fulget. Pugna initur a Temyrianis cum Baiazitibus copiis: Baiazites deseritur a magna copiarum suarum parte. Vincitur. Captus ad Temyrem, qui Zatrachio seu Schachis ludebat, adducitur. Temyr Baiazitem consolatur & humane erga eum se gerit, arcte nihilominus custodit. Per totam minorem Asiam copiae Temyris se diffundunt. Mehemetes patrem astu, sed frustra, liberare aggreditur. Chociapherutes Eunuchorum princeps cum Baiazite Domino suo captus, iussu Temyris capite plectitur. 33

CAPVT XVII.

Temyr Asiæ urbes aliquot adit & capit, incendiis ac direptionibus omnia deuastat. Baiazitibus thesauros Prusæ seu Burusæ adseruatos rapit. Smyrnam expugnat; ad eum Phocæarum principes ut sibi placatum reddant, Legatos mittunt, donisque conciliant. Cariam lustrat, & deinceps in Phrygiam Salutariam iter flectit, ibique Baiazites moritur. Temyr in Persidem anno in expeditione exacto redit. 39

CAPVT XVIII.

Manuel Imperator Byzantium reuertitur, & Iohannem ex fratre nepotem in Lemnum relegat. Cum Musulmano Baiazitibus filio fœdus amicitiamque inicit. Rerum status in Asia post Temyris Chanis discessum. Ese, seu Isa, Baiazitibus filius bello a fratre Mehemete petitus Temyre Duce capitur, & laqueo præfocatur. Cineites Smyrneus innotescit, Atinis filios ex Jonia pellit, Musulmani partes sequitur. Atinis filij Mantachia ope Ephesum expugnant. Homur Atinis filius cum Cineite affinitatem contrahit, & paulo post obit. Musulmani aduersus Cineitem expeditio. Asia reguli aduersus Musulmanum coniurant, sed mutuis suspicionibus a se inuicem dissociantur. 42

CAPVT XIX.

Moses a Mehemete fratre suo deficit & in Valachiam secedit. Fratrem suum Musulmanum inuadit & vincit. Musulmanus dum fuga sibi consulit, & in quodam oppido a iuuenibus occiditur; Moses oppidum & incolas comburit, in Seruiam mouet, deinde

INDEX CAPITVM.

Constantinopolim frustra oppugnat. Manuel Imperator Mehemetem aduersus Mosem euocat & concitat. Mehemetes bis victus Byzantium se recipit: tandem Mosem vincit; sic inter fugiendum occiditur, eiusque cadauer Prusam sepeliendum defertur. 48

CAPVT XX.

Manuel ad Mahometem Apocrisarios mittit, alij quoque principes legatos mittunt, quos Mahometes benigne excipit, pacemque cum omnibus amplectitur. Manuel Iohanni filio suo uxorem dat Russiae magni Ducis filiam, quae peste moritur, filiorumque Baiazitis vnus, isque baptizatus. Secunda ac tertiae Iohannis nuptiae. Manuelis in Peloponesum profectio.

CAPVT XXI.

Mahometes in Asiam traicit. Cineitem in ordinem redigit, cuius insolentia maxima erat. Magnus Rhodi magister castrum Smyrnae instaurat, sed a Mahomete prohibetur. Smyrna ab uxore Cineitis Mahometi deditur. Magno magistro concessum edificare castrum in Caria, & Lyciae finibus. Cineites veniam impetrat. Turci bello nauali Naxum aggrediuntur. Praelio a Veneta classe superantur. Veneti Lampfaci turrim frustra tentant. Cineites Nicopoli ad Danubium praeficitur. Nouam religionis sectam in Jonia a monacho Turco institutam multi amplectuntur, aduersus quos Muhametes Susmani filium & deinde Hali Begum misit: qui re infeliciter gesta occubuerunt. Tandem a Morate Mahometis filio & Baiazite Bassa oppressi ac deleti sunt, & paupertatem voluntariam profitentes interfecti.

CAPVT XXII.

Rhodij magnus Magister castrum Petronium in Cariae finibus aedificat. Mahometes in Asiam traicit, Caramanum inuadit & in ordinem cogit. Mustapha Baiazitis F. innotuit, eique se adiungit Cineites, qui a Mahomete prope Thessalonicam vincuntur. Mahometes istos, qui Thessalonicam confugerant, a Demetrio Leontario repetit, qui rem ad Imperatorem reiicit. Manuel traditurum se eos Mahometi negat. Mustaphas & Cineites a Leontario Constantinopolim mittuntur, inde in Lemnum vterque custodiendus relegatur. Mahometes Valachis bellum infert. Theologus quidam Philadelphius vir improbus ac perfidus. Mahometes inter venandum apoplexia affectus paucos post dies hemiplecticus factus moritur. Rationes ob quas Mahometes filium suum Amasia praefecerat. Baiazitis Bassa erga Mahometem fidelis serui officia. Mahometis ad Baiazitem Bassam mandata. Mahometis mors quibus artibus per dies 40. occultata sit vsque ad Moratis aduentum.

CAPVT XXIII.

Morates Prusam venit. Mahometis mors in vulgus a Bassis editur. Prusam abeunt Veziri, defuncti Sultani cadauer secum deferentes. Legati a principibus vicinis ad Moratem missi. Manuel a Morate fratres eius impuberes, ex testamento Mahometis sibi tradi, frustra poscit, & ideo Mustapham & Cineitem in scenam aduersus Moratem producit. Mores quidam Turcorum explicantur.

CAPVT XXIV.

Demetrius Leontarius Mustapham & Cineitem in Thraciam traicit, de recipiendis aliquot urbibus cum iis pactus. Mustaphas Callipolim oppugnat, & ad deditionem, quae

INDEX CAPITVM.

secuta est, sollicitat. Arx interim in fide stat, quam oppugnat Leontarius. Morates Mustaphæ rebellionem cognita, Baiazitem Bassam, caterorum Vezirorum sententiâ obtemperans, exercitui præficit, & contra Mustapham mittit. Baiazites deficientibus in pugna initio ad Mustapham exercitus sui ducibus copiisque, & ipse permittit se victori coactus est: iussu deinde Cineitis caput ei amputatum. Mustaphas Adrianopolim proficiscitur. Callipolis Leontario se dedit, quam cum ex pactis Imperatori acquisitam præsidio firmare parat, a Cineite impeditur, delususque Constantinopolim redit. 78

CAPVT XXV.

Manuel Imperator cum Morate fœdus pangere cogitat. Mustaphas res suas constituit, otio deinde & ignavia totum se dat. Morates de recuperando imperio serio agit, Abrahamum Bassam ad Manuelem destinat, qui re infecta discessit. Aluminis in Phocide confectio. Phocæa noua condita. Ab Andrea & Iacobo Cataneis gubernata. Fit Turcis tributaria. Iohannes Adornus Phocææ Rector Mahometem, & deinde Moratem adit, & huic per litteras in eo copiisque traiciendis operam suam pollicetur. Mustaphas ad nuncium transitus Moratis in Europam fit mœstus. Eum alloquitur Cineites & obiurgat, suadetque ut in Asiam transeant; interim ipse de deserendo Mustapha secum agit. Mustaphas Lampsacum venit, & Lopadium usque progreditur, cuius pontem prior occupat dirumpitque Morates. 87

CAPVT XXVI.

Consilium ineunt Moratis Veziri de perdendo Mustapha, & Cineitem per Hamzam eius fratrem ad defectionem sollicitant. Hamza & Cineitis colloquia. Cineites Mustapham deserit & in Ioniam fugit. Mustapham Homuris filium ex Atine oriundum bello petit, & in pugna interficit. 94

CAPVT XXVII.

De Cineitis fuga varij sermones, qua cognita Mustaphas fugam capessit & in Thraciam traicit. Adornus Moratem eiusque copias ex Asia in Europam transfert, quem Mustaphas, id ne faciat, frustra promissis amplis tentat. Morates cum copiis in terram expositus Mustaphæos in fugam vertit, Calliopolim recipit, & Adrianopolim petit. Mustaphas captus, & in urbis loco publico laqueo suspensus ac strangulatus. 98

CAPVT XXVIII.

Morates Constantinopolim oppugnare aggreditur, Iohanne Imperatore, ob Manuelis senectutem & morbos, res imperij administrante. Corax Theologus proditionis reus damnatur; cuius mortem ulcisci cupiens Morates, Michaelem Pyllim, ob delatum Coracem, morte afficere properat; Pylles, Christum & fidem impie abnegando, vitam seruat. Manuel Mustapham octuennem puerum, Moratis fratrem, contra hunc suscitatur, & statim moritur. Mustaphas Nicææ captus a fratre strangulatur. Morates Thessaliam & Peloponnesum inuadit. Cineiti per Bassas suos bellum infert, & debellat; tandemque illum, totumque eius genus, internecone delet. 101

CAPVT XXIX.

Iohannes pacem cum Morate initam obseruat. Morates cum aliis principibus pacem firmat, a qua Veneti ob occupatam Thessalonicam exclusi: Narrantur obiter causa pro-
é iiij

INDEX CAPITVM.

pter quas Thessalonica in Venetorum potestatem venerit. Thessalonica obsessa & a Morate expugnata & direpta, & noui incolae in eam missi. Veneti tristiora reformidantes cum Morate pacem ineunt. Vallachia principes se inuicem throno regio deturbant; Draculius aliis interfectis superest Vallachiae Vaiuoda. Ob equum sibi a Caramano negatum, ei Morates bellum infert: & inter utrumque pax paulo post stabilitur.

109

CAPVT XXX.

Seruiam a Georgio Vulci F. Morates repetit. Georgius filiam suam ei nuptum dat, concessa in dotem Seruiae parte. Morates duce Draculio Hungariam frustra inuadit. Morates socero suo Georgio bellum infert, urbes capit, sororios suos luminibus priuat. Draculius in carcerem detrusus datis filiis obsidibus liberatur. Morates Bellogradum frustra oppugnat.

114

CAPVT XXXI.

Ad Synodum celebrandam proficiscitur in Italiam Imperator, quem Patriarcha & alij comitati sunt. Quid Florentiae actum sit, & quid post Graecorum in patriam reditum acciderit, narratur.

118

CAPVT XXXII.

Seruiae Despota ab Hungaris auxilia implorat, Duceque Ioh. Huniade Turcorum prouincias inuadit. Morates subita Hungarorum irruptione percussus, pacem cum Despota & Hungaris stabiliiuit. Caramani deinde ditionem inuadit. Aladines Moratis primogenitus diem obit. Imperio successor destinatur Mehemetes, & Imperator salutatur. Morates vitam priuatam acturus Prusam secedit. Hungari Turcis bellum inferunt, Morates cum copiis in Europam traicit, filio se coniungit; ad Varnam Ladislaus Hungariae Rex interficitur, magnaue strage Christiani caduntur. Ad vitam priuatam redit Morates, unde reuocatur ab Halile Bassa. Huniades in Turcos iterum, sed improspere mouet. Morates Peloponesum inuadit.

121

CAPVT XXXIII.

Iohannes Imperator moritur, & Constantinopolim Despota venit, Moratemque sibi conciliat. Morates filio suo Mehemeti uxorem dat, postque celebratas nuptias statim moritur. Mehemetes de patris morte certior factus Adrianopolim venit, Imperator salutatur, & de imperij rebus tractat. Moratis mores & ingenium, morbus & insomnium ante mortem oblatum. Mehemetes fratrem suum strangulat. Georgio Seruiae Despota filiam, nouercamque suam Mehemetes petenti remittit. Per Legatos Byzantini cum Mehemete pacem constituunt, & pensionem ad alendum Orchanem ab eo accipiunt. Principum & urbium Legationes ad Moratem.

125

CAPVT XXXIV.

Mehemetes inducias cum Ianco, id est Iohanne Hunniade, triennales componit: Caramano bellum infert. Byzantini ad Mehemetem Legatos mittunt, falsoque coronatum esse Constantinum significant. Halil Bassa Graecos increpat, & Mehemetes Legatorum verbis offensus, pacem cum Caramano componit. Graecos variis modis vexare incipit Mehemetes, & ad Bospori angustias castrum adificat. Nouitate ista territi Byzantini per legatos cum Mehemete expostulant, qui superbe respondet, & minatur.

INDEX CAPITVM.

Arx ad Bospori fauces ædificata. Ager Constantinopolitanus vastatus : Byzantinis bellum indicit Mehemetes. 131

CAPVT XXXV.

Mehemetes de occupanda Constantinopoli consilia agit. Bombardarum fusor Mehemeti tormentum æneum prægrande fundit. Navis Veneta Bosporum nauigans demergitur, cuius nauarchus & vectores capti, Mehemetis iussu crudeliter interfecti. Bombardæ vim Adrianopoli probant. Mehemetes Halilem Bassam noctu ad se vocat, & cum eo de Constantinopoli subiuganda consilia tractat. Halil magno se periculo ereptum putans, letus a Mehemete discedit. 138

CAPVT XXXVI.

Constantinus Imp. auxilia petit a Papa, unionisque Ecclesiarum opus absoluit. Isidorus Cardinalis a Papa Constantinopolim mittitur. Græci ciuili discordia laborant ob unionis reconciliationem, paucis eam amplectentibus, maxima parte eam, Gennadio authore, abhorrente. Liturgia in S. Sophia templo celebratur ab Henoticis, cui Cardinalis Isidorus interfuit. Græcorum sublesta fides. Constantinus cibaria in urbem comportari curat. 141

CAPVT XXXVII.

Mehemetes tormentum illud æneum seu bombardam prope Constantinopolim vehi curat. Turci vrbes ad pontum Euxinum sitas occupant, & præter Selymbriam oppida Propon-tidi adiacentia. Græci intra muros Constantinopoleos inclusos se tenent, discordiaque ob reconciliatam Ecclesiarum concordiam laborant. Gennadius discordiæ faces subdit. Ducas male sanam mentem Græcis exprobrat, & in Schismate pertinaciam. Mehemetes copias colligit. Obsidione urbem cingit, & Græci ab unione Ecclesiarum alienos magis ac magis se ostendunt. 145

CAPVT XXXVIII.

Constantinus & Galatini vrbi tuendæ attendunt, atque etiam Veneti. Iohannes Iustinianus Constantinopolim cum militibus appulit, & ab Imperatore honore maximo afficitur. Obsidionis initio erumpunt in hostes obsessi. Galatini Mehemetem sibi placatum volunt, Byzantinis tamen fauent & opem ferunt. Mehemetis classis prope Constantinopolim accedit. Naues quinque cibariis onustæ Constantinopoleos portum, frustra Turcis obstantibus, ingrediuntur, & hac de causa Mehemetes Contostaulum suum Paldam contumelia verberibusque afficit. Mehemetes terra e Bosporo in sinum Ceratinum nauigia & biremes transfert. Terra Constantinopolis oppugnat Mehemetes, & tormentis muros quassat. Medicamen tormentis ne disrumpantur adhibitum. Iohannis Hunniadæ Legatus consilium perniciosum aduersus obsessos bombardario Mehemetis falsa opinione ductus dedit. Muri vrbis ad S. Romani portam diruti. Obsessi strenue resistunt, sed Constantinus percellitur, & ut Mehemetem ad pacem & obsidionis solutionem adducat, vectigal offert, quod respuit Mehemetes. Iustinianus infelici successu Turcorum biremes in sinu Ceratino incendere tentat. Turci Galatinorum nauem demergunt. Pontem in Ceratino sinu Mehemetes fabricat. 149

CAPVT XXXIX.

Mehemetes Constantinum ad deditionem frustra hortatur, propterea ad expugnandam

INDEX CAPITVM.

urbem se accingit. Iustinianus dirutam muri partem munit. Maij 27. acriter & uehementer Turci urbem oppugnant, & postridie usque ad horam diei nonam. Die 28. Maij post occasum Solis acrius pugnatum. Mehemetes suos hortatur. Iustinianus glande plumbea in manu laesus pugnam omisit, obsessi isto casu percelluntur. Turci tandem in muros ascendunt, propugnatores deturbant, & rebus desperatis Graci fugiunt, Turcique in urbem irrumpunt. Constantinus interficitur. Turci obuios passim cadunt, templa, monasteria & domos diripiunt. Graci in sancta Sophia templum confugiunt, falsa opinione saluos se in eo fore credentes. Turci eos inuadunt, omnes captiuos abducunt. Templum pollutum ac direptum. Magnus Dux capitur, & Mehemetis iussu domi custoditur. Iustinianus suos a pugna reuocat. Naues aliquot & Galatinorum non pauci aufugiunt. Ceteri per Zaganum a fuga reuocantur. Galatini Mehemeti se dedunt. Graci omnes & qui in urbe capta uiui superfuerunt, in naues aut castra Turcorum translati.

157

CAPVT XL.

Mehemetes urbem ingreditur, & in S. Sophiae templum venit, precesque suas ibi recitare Imamem iubet. Magnum Ducem ad se uocatum alloquitur. Constantini caput agnitum columna in Augustio affigitur. Alia de Magno Duce & Orchane narratio. Mehemetes Magnum Ducem consolatur, & illustrium nomina describit. Magni Ducis uxorem inuisit, & blande alloquitur. Ad conuiuium natu minorem filiorum Magni Ducis uenire iubet Mehemetes; cum mittere filium Magnus Dux recusaret, Mehemetes ipsum interfici iussit. Magnus Dux filios suos, ut mortem aequo ac forti animo subeant, hortatur, & ipse demum capite plectitur. Proceres omnes a Mehemete redempti, & interfecti.

168

CAPVT XLI.

Duca super urbe capta, delectoque Christianorum in Oriente imperio Monodia.

172

CAPVT XLII.

Prædam quantam Turci ex urbe capta tulerint. Galatam ingreditur Mehemetes, & partem murorum diruit. S. Sophiam in Meschitam transformat. Adrianopolim reuertitur. Magni Ducis uxor obiit. Principes Christiani Mehemeti uictoriam gratulantur. Seruiis tributa imperat, & Georgium Despotam Seruia decedere iubet. Hungari Turcorum prouincias vastant. Mehemetes Smedroio frustra oppugnata Adrianopolim præda diues abit. Saraium Constantinopoli construit Mehemetes. De Palaologis uaticinium.

176

CAPVT XLIII.

Legati a magno Magistro Rhodi ad Mehemetem missi de pace firmanda, re infecta redeunt, cum Mehemetes a Rhodiis tributum sibi solui peteret. Cum Legatis Mehemetis seruus domesticus abit, qui cum magno Magistro agat. Sed tributum denegante Rhodio delusus ad Mehemetem redit, qui ira accensus bellum Rhodiis indicit. Hamzas maris præfectus Chium proficiscitur, quadam vastat, ad se missos de controuersis transigendis abducit. Coum vastat: Rachiam frustra obsidet: cum Chiis paciscitur. Tumultus a Turcis in Chio excitatus, eorumque triremis demersa. Hamzam reuersum Mehemetes asperis uerbis excipit. Chiis bellum indicit.

180

CAPVT XLIV.

Lesbi Princeps obit, Ducas ad Mehemetem uectigal ei soluturus abit. Coactus Lesbi Prin-

INDEX CAPITVM.


ceps Mehemetem adit, & tributum consueto amplius promittit: Thasum insulam Mehemeti relinquit. Classem aduersus Chios mittit Mehemetes. Lesbij Turcas de Piratarum aduentu certiores facere tenentur. Genuzes maris praefectus litem Lesbi principi mouet, & biremem vnā sibi tradi petit. Phocæa noua Turcis dedita. Decem millia aureorum a Lesbio exigere vult Mehemetes. Interim Phocæam veterem ei eripit. 185

CAPVT XLV.

Chij bello petiti a Mehemete grandi ære pacem emunt. Lemnij Turcos aduocant, eorumque Princeps Nicolaus insula pellitur. Mehemetes Belogradum frustra obsidet. Callistus Papa triremes adopes insularibus ferendas mittit. Catalani insulas occupant, & Lesbios in suspicionem apud Mehemetem venit, Occidentales ipsum aduocasse. Legati a Comanis & Vsun-Hassane ad Mehemetem. Castrum septem turrium, vulgo Iedicula Constantinopoli constructum. Mehemetis in Moream profectio. Bezestanum Constantinopoli ædificatum. In Asiam traicit Mehemetes. Eius verba ad familiarem quendam suum curiosum. Sinopes Principem, & Trapezuntinum Imperatorem ditionibus spoliatos in Europam traicit. A Valacho tributa petit, qui ea dare negat, ad se missos palo transfigit. Turcos Hamza Duce ditionem suam inuadentes cædit, viuos captos palo quoque transfigit. Mehemetes improspere successu in eum mouet. Lesbum a Principe Nicolao, qui dominicum fratrem suum strangularat, repetit. In Lesbum transit Mehemetes, ad deditionem compellat, recedit, & obsidenda Mitylenes onus Mahumeti Veziro imponit. 189

Chronicon Breue.

196



THEOPHYLACTVS SIMOCATTA

IN PROOEMIO HISTORIÆ MAVRICIANÆ.

Οὐκοῦν εἰρήσέ τις κοινῶ ἀπάντων ἀνθρώπων τὴν ἰσορίαν διδάσκαλον,
εἰσηγησὺν μὲν οἷς τε ἐγχαρητέον, ἔτι δὲ ᾤροπιέον, ὡς μὴ σωοίοντα. ἐμ-
φρονεσάτους τε τοῖς στρατηγῶν δι' ἐμείνης ἐστὶν ἰδεῖν.


Historiam igitur vniuersi humani generis communem magistram,
ducemque ad ea quæ capessere oportet, & ad ea quæ, vtpote inutilia,
prætermittenda sunt, quilibet dixerit. Belli quoque Duces peritissi-
mos illius cognitione euadere videmus.

MANVEL IMPERATOR PALÆOLOGVS, CVIVS FREQVENS IN HAC HISTORIA MENTIO,

Oratione tertia.

Εγκλημα γὰρ ἡμῖν, οὐχ ὅτι ὑπερβάνη τὸ πεφυκὸς τὸ ἡμέτερον, οὐ-
δὲ ὅσαγε μὴ δέδωκεν ἡμῖν ὁ βίβρα μαθεῖν, οὐδὲ ἄτις οὐκ ἐπέτρεψε καιρὸς,
ἢ σύμπλωμά τι καὶ τύχη. ἀλλὰ δι' ἐμείνα μόνον ἀποδωσόμεν βύθυνας ἔξῃς ἀ-
παντες, ὅσα πρὸ ἔξον ἡμῖν εἰδέναι, ἢ μαθεῖν τῆτε οἴκοθεν ἀουδῆ, ἔτι τῆ
ἑτέρον διδασκαλία, ἡμεῖς τε μήτε εἰδέναι ἀουδάσομεν πόνοις ἡμετέροις,
μήτε μαθεῖν ἐδελήσομεν παρὰ τῶν εἰδόντων.

Crimini equidem nobis datur, non quod naturam nostram excedit,
nec quæcumque per vitæ nostræ rationem discere nobis haud licuit,
aut quæ temporis opportunitas haud concessit, vel casus & fors ali-
qua: sed omnes prorsus de iis tantummodo rationem reddituri su-
mus, quæ cum scire vel discere liceat, tam studio proprio, quam alio-
rum instructione, nos neque laboribus nostris cognoscere studueri-
mus, neque discere voluerimus ab iis, qui ea norunt.



D V C Æ
MICHAELIS DVCÆ NEPOTIS
HISTORIA BYZANTINA,
A IOANNE PALÆOLOGO,

Anno Christi CIƆCCCXLI. ad annum CIƆCCCCLXII.

CAPVT PRIMVM.

Generationum ab Adamo ad Christi Natiuitatem breuis enarratio. Annorum elapſorum a Christo ad Constantini initia enumeratio. a Constantino ad Iuſtinianum, a Iuſtiniano ad Conſtantinum & Irenen. Ab his ad Alexium Comnenum. Breuis deinceps Imprr. Conſtantinopolitanorum enumeratio ad urbem a Latinis captam.

ΑΡΙΘΜΟΙ ΕΤΩΝ ΑΠΟ ΝΥΜΕΡΙ ΑΝΝΟΡΥΜ
 τῆς πρώτου αἰθεροῦ ἕως τῆς
 ἡμετέρας ἡμέρας. a primo homine ad aetatem
 nostram.

ΑΠΟ Αδάμ τῆς πρώτου αἰθεροῦ ἕως Α ΑΒ Αdamo primo homine vsque ad
 Νωε ἐφ' ὃν ὁ κατακλυσμός γέρονε ἡμεαί Noachum, cuius xuo diluuium
 δέκα γέγονασι· πρώτη, ἡ καὶ πρῶτὸ Θεοῦ, τῆ accidit, decem exactæ sunt generatio-
 Αδάμ. μζ' δὲ σλ'. ἔτη, δεύτερα ἡ τῆ Σῆθι nes. Prima cum Adam a Deo creatus
 πρῶτὸ τῆ Αδάμ. μζ' δὲ τὸν Σῆθι σε'. ἔτη, τεί- est. Post annos ccxxx. secunda cum
 τη ἡ τῆ Ἐνώσ ἐκ τῆ Σῆθι. μζ' δὲ τὸν Ἐνώσ ρζζ'. Sethus nascitur Adamo. Post Sethum
 ἔτη, τετάρτη ἡ τῆ Καϊνὰν ἐκ τῆ Ἐνώσ. μζ' B quando Cainanus nascitur Enos. Post
 δὲ τὸν Καϊνὰν ρο'. ἔτη, πέμπτη ἡ τῆ Μαλε- Cainanum ann. clxx. quinta nascitur
 λεήλ ἐκ τῆ Καϊνὰν. μζ' δὲ τὸν Μαλελεή Maleleel filius Cainani. Post Malalee-
 ρζε'. ἔτη, ἕκτη ἡ τῆ Ιάρεδ ἐκ τῆ Μαλε- lem annos clxv. sexta Iaredus na-
 λεήλ. μζ' δὲ τὸν Ιάρεδ ρξβ'. ἔτη, ἑβδόμη ἡ scitur Maleleelo. Post Iaredum ann.
 τῆ Ἐνώχ ἐκ τῆ Ιάρεδ. μζ' δὲ τὸν Ἐνώχ ρξε'. clxii. septima Enochus nascitur Ia-
 ἔτη, ὄγδοη ἡ τῆ Μαθούσαλα ἐκ τῆ Ἐνώχ. μζ' redō. Post Enochum ann. clxv. octa-
 Duce Hist. Byz. ua Mathufala nascitur Enocho. Post
 A

Mathufalam ann. CLXVII. nona, Lamechus nascitur Mathufalæ. Post Lamechum ann. CLXXXVIII. decima, tuncque natus est Noe. Noachus autem natus erat annos sexcentos cum aquarum diluuium terram obruit. Ab Adamo itaque ad diluuium anni numerantur supra bis mille ducenti quadraginta duo. A diluuiio pariter ad Abrahamum generationes decem transierunt, & anni supra mille centum viginti & vnus. Abraham porro annum septuagesimum quintum exegerat, cum Mesopotamia relicta discessit in Chanaanorum regionem, ibique annos viginti quinque commoratus genuit Isaac. Duos vero filios genuit Isaac, Esau nimirum & Iacobum. In Ægyptum deinde profectus est Iacobus, cum annos centum & triginta exegisset, illucque cum duodecim suis filiis nepotibusque venit, qui septuaginta quinque erant. Incoluit Abrahamus cum posteris suis terram Chanaan per spatium annorum quadringentorum triginta trium. illiusque posterum numero aucti in duodecim tribus digesti & distributi sunt: & multitudo posterorum duodecim filiorum Iacobi ad sex millia chiliadum numerata est. horum autem sunt nomina. Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Issachar, Zabulon, Nephthalim, Gad, Afer, Dan, Ioseph, & Benjamin. Moses, & Aaron genus a Leui ducunt, hic quidem sacerdotio primus functus est, Moses vero Reipublicæ administrationem capessuit, atque anno ætatis suæ octuagesimo Erythræum mare tranfuit, eduxitque populum Ægypto. Hic Moses floruit temporibus Inachi, qui primus regnavit [apud Græcos.] Quare Iudæi sunt Græcis antiquiores. Transactis deinde per deserta annis quadraginta, Iosua filio Naue annis xxv paruerunt; Resque Israelitarum publica, per viros ab ipsis Iudices appellatos, administrata est annis quadringentis quinquaginta quatuor, vsque ad Saulis vntionem, qui primus apud eam gentem Rex constitutus est, cuius imperii anno primo magnus nascitur Dauid. Adeo vt ab Abrahamo ad Dauidem quatuordecim generationes colligantur, & anni mille viginti quatuor. Atque a Dauide ad transportatos Babylonem Iudæos totidem generationes xiv, & anni sexcenti noueni. A transportatione vsque ad Christi natiuitatem quatuordecim pariter numerantur generationes, anni etiam quingenti quaterni. Simul vero temporum seriem, & interualla ad calculum reuocantes, colligimus a primo homine Adamo ad Christum annos supra quinquies mille quingentos. Ab incarnatione vero vsque ad Constantinum Magnum

δε τον Μαθουσαλα εκατον και εξηκοντα επι ετη, εννατη ε Λαμεχ εν τω Μαθουσαλα. μετα δε Λαμεχ εκατον και ογδοηκοντα οκτω ετη, δεκατη η τω Ναε. Ναε δε υω ετων εξακροτων και ο κατακλυσμος τω υδατος ερηετο οπι της γης. ωτε ερηιθεισθαι απο Αδαμ εως τω κατακλυσμοδ ετη βσμβ. Ομοιως και απο τω κατακλυσμοδ εως Αβρααμ ηνεα ετη χιλια εκατον εικσι εν. Αβρααμ δε υω ετων εβδμηκονταπεντε οτε μετοικησε εις γλυ Χανααν εν της Μεσοποταμιας, κακει ερηιθεισθαι ετη εικσι πεντε ετεκε τον Ισαακ. ετεκε δε Ισαακ παιδας δυο Ησαυ, και Ιακωβ. Γενόμνος δε Ιακωβ ηρόνων εκατον και τερακοντα κατηλθεν εις Αιγυπτον αμα ποις δαδεκα υοις αυτω, ε ποις εκηροις αυτω τον αριθμον εβδμηκοντα πεντε. περηκησε δε Αβρααμ στω παρ απεματι εις γλυ Χανααν ετη τετρακροσια τερακονταετα, και πληρωθεν εις δωδεκαφυλον ελογηθη. και πληθος εις εξακροχιλιας χιλιαδας ερηιθεισθαι εν τω δαδεκα υων τω Ιακωβ ων τα ονοματα ταυτα. Ρουβιμ, Συμεων, Αδλ, Ιουδας, Ισααχρ, Ζαβουλων, Νεφθαλιμ, Γαδ, Ασηρ, Δαν, Ιωσηφ και Βενιαμιν. Και τω μηδ Αδλ αποηρονοι Μωυσησ, ε Ααρων, και ο μηδ ο ιερατευην ηρηετο. ο δε Μωυσησ παρσ ο ερηιθεισθαι μερηετο. ος εν τω ογδοηκρω ετει της ζωης αυτω πατει τω ερυθρω θαλασσω, και εραη τον λαον εξ Αιγυπτου. Ουτωσ ο Μωυσησ ηεμασει εν ποις κρηοις * Ηναρ, παρσ του βασι * Ιναρ, λδωσθμτος. ουτωσ ερηιθεισθαι Ελληων Ιουδαοι. ερηιθεισθαι δε εν τη ερημω ετη τερακοντα, και υπο Ιησοδ τω Ναυη ερηιθεισθαι ετη εικσι πεντε, η υπο τω κρητων ετη τερακροσια πενηκονταεταετα μερη της βασιλειασ Σαουλ, παρσ του παρ αλωις κρηεσαντος βασιλεωσ. εφ ω εν τω παρσ του ετει της βασιλειασ αυτω ο μερησ ηεκεται Δαβιδ. ωτε στω αρηιθεισθαι απο Αβρααμ εως Δαβιδ ηνεα δεκαεταεταετα, ετη χιλια και εικσι τεταεταετα. και απο Δαβιδ εως της μετοικεσιασ Βαβυλωνοσ ηνεα δεκαεταεταετα ετη, εξακροσια εννα, και απο της μετοικεσιασ Βαβυλωνοσ εως τω Χριστοδ ηνεα δεκαεταεταετα, ετη πενηκροσια τεταεταετα * μου χε τω τω ηρονων ακροχιλιασ συμψηφι * ο μου σμτες ερηιθεισθαι απο τω παρσ του Αδαμ εως τω Χριστοδ ετη πενηκροχιλια πενηκροσια. Απο δε της ενερκου οικρονομιασ εως τω μεγαλου Κωνσταντι -

* Ex superioribus numeris colliguntur 2249. sed interpretes LXX habent 2242.

* id est sex miliones.

* Colliguntur 5508. Vide Notas.

νου ἔτη τμη'. ἀπὸ δὲ τῆς βασιλείας τῆς με-
 γάλου Κωνσταντίνου, ἕως τῆς βασιλείας Ιου-
 στινιανοῦ τῆς βασιλείας ἔτη σί'. ἐν ταῖς * αὐτῶν
 ὠκεδονίῃ τὸ μέγα τέμενος τὸ ἐπὶ ὀνόματι
 τῆς τῆς Θεοῦ ἁγίας σοφίας πρὸ αὐτῶν οὐδα-
 μῶν. ἀπὸ δὲ τῆς βασιλείας Ιουστινιανοῦ ἕως
 τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Εἰρῆνης τῆς
 μετῴς αὐτῶν ἔτη σξ'. ἀπὸ δὲ τῆς βασιλείας
 Εἰρῆνης ἕως τῆς βασιλείας Αλεξίου τῆς Κο-
 μνηνοῦ ἔτη σζε'. ἐβασίλευσε δὲ Αλεξίος ἔτη
 λξ'. καὶ μετώας δ'. καὶ ἡμί. Ἰωάννης ὁ υἱὸς αὐτῶν
 ἔτη κδ'. μετώας η'. Μανουὴλ ὁ υἱὸς Ἰωάννου
 ἔτη λξ'. μετώας θ'. Αλεξίος ὁ υἱὸς Μανουὴλ
 καὶ Ανδρόνικος ὁ Φονάξ Αλεξίου ἔτη γ'. ὡς
 εἶναι τὰ πρῶτα ἔτη τῆς βασιλείας τῆς Κο-
 μνηνοῦ ἔτη ρα'. μετώας θ'. Μετὰ δὲ τὸν
 Ανδρόνικον Ἰσαάκιος ὁ Ἀγγελος ἔτη θ'. μετώας
 η'. Αλεξίος δὲ ὁ Ἀγγελος ἀδελφὸς Ἰσαακίου
 ἔτη θ'. Δούκας ὁ Μούρτζουφλος μετώας ε'.
 ὡς εἶναι ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἕως τῆς βασι-
 λείας Δούκα, ἐν ἣ καὶ ἑάλω ἡ Κωνσταντινού-
 πολις πρὸς τῆς Λατίνων, ἔτη ςψιθ'. Ἀπει-
 λία ιθ', ἡμέρας δδύτρεα, τῆς ἑκτῆς ἐβδωμά-
 δος τῆς νηστῶν.

A anni numerantur cccxviii. ab
 imperio deinde Constantini magni ad
 Iustinianum Imperatorem anni ducenti
 & decem, quo imperante sumptusque
 prabente magnum templum extructum
 est, nominique sanctæ Dei Sophiæ [id
 est Sapientiæ] dicatum. Ab imperio Iu-
 stiniani, ad * Constantini, & Irenes ma-
 tris eius imperium anni elapsi sunt du-
 centi sexaginta; Ab Irene ad Alexium
 Comnenum anni effluerunt ducenti
 nonaginta quinque. Imperium tenuit
 Alexius annos xxxvii menses iv cum
 femisse. Iohannes filius eius annos xxiv
 menses viii. Manuel filius Iohannis
 ann. xxxvii mens. ix. Alexius Ma-
 nuelis filius & Andronicus, qui Ale-
 xium occidit imperarunt annos i i i. ita
 ut omnes anni dynastiæ Comnenorum
 colligantur * centum & vnus cum men-
 sibus nouem. Post Andronicum vero
 Isacius Angelus obtinuit imperium per
 annos ix menses i ix. Alexius Ange-
 lus Isacii frater imperavit annis nouem.
 C Ducas qui Murtzuphlus dictus est men-
 sibus duobus fasceis imperii tenuit. Ad-
 eout a creatione mundi ad Ducæ im-
 perium, quo regnante a Latinis Con-
 stantinopolis occupata est Aprilis die
 x i i feria secunda sextæ septimanæ ie-
 iuniorum [idest ieiunii quadragesimalis] anni colligantur supra sexies mille septingenti &

* Cœperunt
 anno Christi.
 780.
 Cœpit Alexius
 anno Christi
 1081.
 Iohannes cœ-
 pit anno 1118.
 Manuel 1143.
 Alexius 1180.
 Andronicus
 1182.
 * colliguntur.
 103.
 Isacius 1185.
 Alexius Ange-
 lus. 1195.
 Christi 1204.

duodeni.

C A P V T I I.

Imperatorum ab urbe a Latinis capta series. Michael Paleologorum primus. Asia mino-
 ris, qua Anatolia dicitur, status. Turcorum reguli in Asia. Andronicus Senior
 Iohannes eius F. Ægei maris insula ab externis occupata.

META δὲ πρὸ τῆς πόλεως ἄλλωσιν ἐβα-
 σίλευσε Θεόδωρος Λάσκαρις ἐν Νι-
 χία ἔτη ιη'. Ἰωάννης Δούκας ὁ Βατατζής,
 καὶ γαμβρὸς Θεόδωρου τῆς Λασκαρή ὅτι θυ-
 γατρὲς ἐν τῇ Μαγνησίᾳ τῇ ἐν Σιπύλῳ ἔτη
 λγ'. Θεόδωρος Λάσκαρις ὁ υἱὸς αὐτῶν ἔτη δ'.
 Ἰωάννης Λάσκαρις, ὁ καὶ πρὸ τῆς τεφθῆναι
 τυφλωθεὶς πρὸς Μιχαὴλ τῆς Παλαολόγου. καὶ
 ἐξωστὸς τῆς βασιλείας ἐν ταῖς γ'. αὐτῶν ἔτει.
 ἐξώσθησάν καὶ οἱ Λατῖνοι ἐκ τῆς πόλεως, καὶ
 εἰσῆλθε βασιλεύων ἐκ τῆς ἀνατολῆς Μιχαὴλ
 ὁ Παλαολόγος μέχρι τῆς βασιλείας τούτου ἡ
 μίκρα Ἀσία, Παφλαγονία, Μισία, ἡ καὶ
 Βιθυνία, Φρυγία μεγάλη, Φρυγία Καππαπα-
 νή, Καεῖα, καὶ μέρος Κιλικίας ὑπὸ Ρωμαίους
 τελευτῶν. Οἱ δὲ Τούρκοι ἐγκαταίχου Λυκαο-
 νίας ὄντες τὰ ἐπέκεινα ἤρχον, ἥτοι Λυκαο-
 νίαν occuparant, prouinciis quoque vlterioribus

ROST occupatam vero a Latinis vi-
 brem, Theodorus Lascaris Nicææ
 annis x i i imperavit. Iohannes Ducas,
 qui & Batatza, generque Theodori Laf-
 caris imperii sedem habuit Magnesiæ ad
 Sipyllum annis xxxiii. Theodorus Laf-
 caris eius filius annis iv. Iohannes Lascaris,
 qui, priusquam coronam imperato-
 riam suscepisset, a Michaele, Palæologo
 excæcatur, & anno tertio quam imperare
 cœperat regno pellitur. Latini quoque
 vrbe excedere coguntur, eamque ingref-
 sus est Michael Palæologus, ab orientis
 partibus, adsumpto imperatorio nomi-
 ne, profectus. Ad hunc vsque Impera-
 torem Romano imperio subditæ fue-
 runt, tributumque soluerunt hæ prouin-
 ciæ, Asia minor, Paphlagonia, Mysia,
 quæ & Bithynia, Phrygia magna, Phry-
 gia * Capatiana, Caria, atque etiam
 remotioribusque imperabant; Lycaoniæ

Theodorus
 1204.
 Ducas 1222.
 Theodorus
 1255.
 Iohan. Lascar.
 1259.
 ἐν ἔτει ςψξη
 Ἰουλίου κα.
 Anno a crea-
 tione mundi
 6768. Iulii die
 25. Christi 1260
 cœpit Mich.
 * aliis
 Pacatiana.

Duca Hist. Byz. A ij

scilicet, Cappadociæ, Galatiæ, Pamphylia, Armeniæ, Helenoponto, Pifidiæ, Lyciæ, Syriæ cauæ, & aliis. Imperium tenuit Michael annos XXI V. Michaellem secutus est filius eius Andronicus Palæologus qui regnavit annis XI I I. huius imperii anno * * Asia Metropolis Ephesus, & Caria prouincia in potestatem Mantachiæ deuenierunt. Lydiamque Smyrnam vsque subegit Atin. Magnesium Pergamum vsque, & totam Magædorum prouinciam suæ ditionis fecit Sarchan. Phrygiam vniuersam occupauit Carmian. Altera Phrygia magna, quæ ab vrbe Asso ad Hellepontum extenditur a Carase occupata est. Bithynia tota, & Paphlagoniæ pars Othmano cesserunt, atque hi omnes Turcorum principes, ac duces erant. Post Andronicum Michael filius eius imperii fasces obtinuit annis. * * Michaeli successit Andronicus * fenior dictus, annisque XI I I imperio præfuit. Andronicum sequitur filius eius Iohannes Palæologus, qui cum iuuenis esset sub tutela Domini Iohannis Cantacuzeni regebatur. Anno imperii huius * Turki Hellepontum primo transfretarunt. Ex Asia quidem Homur filius Atinis Turcorum dux mouit, qui Smyrnam, Ephesum, & loca vicina tenebat. Orchanes vero filius memorati Othmani Prusa profectus est. Superato itaque fretto, prædonum more totam Chersonesum populati sunt. Thraciæque loca maritima secure, nulloque, qui incurrentes reprimeret, obuio facto vsque Didymotœcum, etiamque versus imperii sedem Constantinopolim Selymbriam vsque incursionibus infestarunt, tanquam Thraciam vniuersam subacturi. Imperante quoque Iohanne prædicto eoque adhuc iuueni, Chium insulam Genuensès occuparunt, cæterasque cycladas insulas Franci ex Nauarra profecti. Vniuersa insuper Peloponesus, præter Lacedæmonem & Monembasiam, & quæ in Ionia sitæ sunt Phocææ ab iisdem Genuensibus suæ ditioni adiectæ sunt.

Andronicus
1283.

Duces Turcorum
Mantachia
Atin

Sarchan

Carmian

Carases

Othman.

Pater, & filius
simul annis su-
prædictis 43.
Vide Notas.

Andronicus

1328.

* Iunior

ὁ ἴδιος.

Hic Iohannes

coronatus est

Novemb. XIX

an. 6850. 1347.

Transitus Tur-

corum Oth-

maneorum in

Europam ann.

Hegiræ 758.

Christi annis

1356 & 1357.

cœpit annus

Hegiræ 758.

anno 1356.

Decemb. die

XXV. Domini-

ca Cyclo Solis

XXI literis C. B.

Iohannis Pa-

læolog. anno

XVI.

Christi 1346.

Α νίαν, Καππαδοκίαν, Γαλατίαν, Παμφυλίαν, Αρμενίαν, Ελενόποντον, Πισιδίαν, Λυκίαν, Κοί-
λιν Συρίαν, & ἕτερα. ἐβασίλευσε δὲ ὁ Μιχαήλ
ἔτη κδ'. μετὰ δὲ τὸν Μιχαήλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ανδρόνι-
κος ὁ Παλαολόγος ἔτη μγ'. ἐν ταῖς * * ἔτει
τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐάλω Μητρόπολις τῆς
Ἀσίας Ἐφεσος, καὶ ἡ ἐπαρχία Καρίας ὡσαύ-
τῃς Μανταχία. καὶ ἡ Λυδία ὡσαύτῃς Ἀττιὴ ἀ-
γρῆ Σμύρνης. καὶ ἡ Μαγνησία μέχρι Περ-
γάμου, καὶ πάσης Μαγνῶν ἐπαρχίας ὡσαύ-
τῃς Ἐρχιδύ. Φρυγία πᾶσα ὡσαύτῃς Καρμαῖ.
ἕτερα Φρυγία μεγάλη ὁρμηδύ ἀπὸ Ασσὸ
πόλεως ἀγρῆ καὶ Ἐλλησπόντου ὡσαύτῃς Καρ-
σί. Βιθυνία πᾶσα καὶ μέρος τῆς Παφλαγονίας πα-
ρὰ τῆς Ὀθμῆς, οἱ ἦσαν ὁρμηδύ Τούρκων. με-
τὰ δὲ τὸν Ανδρόνικον ἐβασίλευσεν Μιχαήλ ὁ υἱὸς
αὐτοῦ ἔτη * *. μετὰ δὲ τὸν Μιχαήλ ἐβασίλευσεν
Ανδρόνικος ὁ ἐπονομαζόμενος * γέρων ἔτη ιγ'. με-
OMNIBVS, vt iste malignus putabat, rite & vt e re sua erat compositis, cum Christianis vniuersis ficta pace inita: induciisque in tres annos cum Iango Hungariam regente pactis: in Caramano bellum hanc causam prætexens mouet. Quod cum inter se Christianosque, quibus beneuolum se præstabat, quamuis gente ac religionis ritu omnino distinctos, amicitia mutua sincera nec simulata intercederet: Caramanus interim Musulmanus ipse, Mahometisque religionis cultor, semper & vbique bellum & turbas excitare, arrepta occasione imminentis rebus Othmanicis periculi, non cessaret. Consultatione habita id decreuit, & libidini suæ fortunam obtemperantem habuit. Antea enim Mehemetes intellexerat, Caramanum Moratis morte comperta ultra fines imperii sui excurrisset: castra tria & longum agrorum tractum subegisse: quæ equidem Morates a maioribus suis non acceperat, sed Caramano viribus superior, vt in superioribus narrauimus, ante paucos annos eripuerat. Nactus ergo iustam causam raptoris filius, ei, qui nudius tertius iniuria adfectus erat, & propterea recuperare sua tentauerat, bellum infert. Iamque fretum transfuectus cum copiis occidentalibus, dumque orientis exercitus ei se coniungerent Prusæ transacto tempore, inde Cotyæum abiit; vnde in Phrygiam Salutariam, Turcis Carafarin dictam, vicinam Caramani finibus perrexit. Cognita Mehemetis profectio Caramanus magnates aliquot suæ ditionis legatos ad eum misit, qui admissorum veniam orarent ac peterent, & ablata castra reddere paratum esse dicerent. Quibus propter dicendam mox causam tyrannus acquie-

Induciae inter Mehemetem & Huniadem.

Caramano bellum infert Mehemetes.

Phrygia Salutaria, Turcis Carafar.

Caramanus per legatos veniam erroris, & pacem a Mehemete petit.

Constantinopolitanorum ad Mehemetem legatio.

ῥητώσθμ· εἰ καὶ ὑμεῖς βούλεσθε τῆ κατὰδραμειν
καὶ λαβεῖν, ἀ πρὸ πολλοῦ ἀπωλέσασθε, πῦτο
ποιήσατε. πλὴν γνώσκετε, ὅτι εἰς ὁδὸν τού-
των ὀδοκμήσετε, ἀλλὰ μάλλον, καὶ ὁ δοκεῖτε
ἔχθρ' εἶναι εἰσθῆσεται ἀφ' ἡμῶν. πλὴν ἐγὼ ἀναγγε-
λά τῶ κυρίῳ μου, καὶ ὁ αὐτῶ βουλευτὸν ἡμέσθω.
ταῦτα ἀκούσας ὁ Μεχμεμέτ καὶ θυμὸς πληθεῖς,
ὅτι εἶχε ἡ ποιῆσαι, καὶ ὁ Καραμανὸς συνεαπεισά-
πο, εἶχε γὰρ ὀπιλοισμὸν τῆ ἀφανίσαι αὐτὸν καὶ
κράτος. ἀλλὰ καὶ νομῶ ἐσχέπει, μήπως ὁ βασιλεὺς
τῶν Ρωμαίων, ἐν τῆ ἀνατολῇ ὄντος μου, παροκα-
λέσεται τὰ λαϊκὰ τὰ ἔθνη τῶν Χριστιανῶν, καὶ ἔκ-
βαλοῖ, καὶ ἀπολύσει τὸν Ορχανὸν, καὶ σὺν τῆ εἰρή-
γῆ τούτων ἡγήσεται κύριος τῆς ἀνατολῆς, ἔτι τῆς
δύσεως καὶ ἀνατολῆς τοῖς Ρωμαίοις. ταῦτα καὶ τὰ
τούτοις ὁμοῖα λαβὼν καὶ νομῶ βλέπει τοῖς παρ-
σθεῖς τῆ Καραμανὸς ἰσχυρῶ βλέμματι, καὶ κα-
τὰ χερσὶν ἐπαπειλητικὰς λόγους ἀκούσας ἐδίδου,
καὶ κατὰ χερσὶν δὲ καὶ παροῖς, ἕως οὗ πλὴν εἰρή-
νῳ ἐνόηκας ἡσφαλίσατο, ἔτι μὲν ἀγάπης ἀπέ-
πεμψε. τοῖς δὲ τῆ βασιλέως παρσθεῖς ἀπεκεί-
νατο· ὡς ἡδὴ ἀφισπυτόμως ἐν Ἀδριανουπόλει
μέλλομεν εἶναι, καὶ καὶ ἐλθόντες ἀπορῦτα τὰ
παρ βασιλεῖ, καὶ τῆ πόλει ἀναγκάσθαι ἀναγεί-
λατέ μοι, καὶ ἐπιμῶς ἔχω τῆ δουλιῶν παρ ὁ
ζητούμενον. σὺν τούτοις δὲ ἔτι ἑτέροις μελι-
χίοις λόγοις κατακλύσας ἀπέλυσεν. ὁ δὲ Με-
χμεμέτ ἀφισπυτὸς δι' ὀλίγων ἡμερῶν τὸν πορθμὸν,
καὶ ἐν τῆ Ἀδριανουπόλει εἰσελθὼν, παρδουτὸν φείλας
ἐνὰ τῶν δουλιῶν αὐτῶ ἐν τοῖς καὶ τὸν Σιτρυμόνα χω-
ρίοις, ἐκώλυσε πλὴν παροσδοῦν πλὴν διεργηθη-
θεῖσθμ παρ βασιλεῖ. καὶ τοῖς ὀπιβλέποντας, καὶ
οἰκονομοῦσθμ τῶν τῶν ἐδίωξε, τὸν παροσθμ
χρόνον μόνον * γλῶσσος. μὲν δὲ τῶ πῦτο ὁ ἔρ-
ρον ἑτέρου ἡλαιο λίαν ὀπιζήμιου, καὶ θανασι-
μου καὶ Ρωμαίων. χημῶνος γὰρ εἰσαμῶντος παρο-
σάγματα, καὶ ἀφισπυτῶν ἐντε δύσθ, ἐντε ἀνα-
τολῇ ἐν ἐκασθὲ ἐπαρχία, τῶ ἐπιμασθμ οἰκονομοῖς
πεχίτας χηλίοις, καὶ ἐργάτας καὶ ἀναλογίαν τῶν
τεχίτων, καὶ ἀσθεσθμ καύσας. καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν
πᾶσθμ ἐργασίαν καὶ παροσθμ τῶ εἶναι
ἐπιμῶς ἐν ἑασι, εἰς κατὰσθμ κατρου ἐν παρ
σομῶ τῶ ἱεροῦ κατὰ ἀνω τῆς πόλεως. τότε οἱ
Ρωμαῖοι ἀκούσθμ πλὴν πικρῶν τῶν τῶ ἀγ-
γελίαν, καὶ οἱ ἐν Κωνσταντινου, καὶ οἱ ἐν πάσθμ
τῆ Ἀσία τε, καὶ Θράκη, καὶ οἱ ἐν τῆ νήσοις οἰ-
κωνῶτες Χριστιανοὶ κατὰσθμ, εἰσελθῶσθμ,
ὅτι καὶ ἐν ἀλλήλοισ γλῶσσθμ ἡ ἀφισπυτῶν πλὴν
νω ὁ τέλος ἡλαιο τῆς πόλεως· νω πᾶ σήμαν-
τρα τῆς φθορῶς τῆ ἡμετέρου γῆοις· νω αἱ ἡμέραι τῆ
ἀντιχρίστου καὶ τῆ ἡμῶν, ἢ τῆ ποιήσθμ; εἰσθῆτω

A iiciant ipse. Si nostra quoque inuadere, quæ-
que ante plures annos amisistis, repetere ac
recuperare vobis propositum fuerit, id quoque
licet. Id vos tamen scire velim, nihil horum
ex voto vobis cessurum: quin etiam ea eripien-
tur vobis, quæ possidere existimatis. Ista om-
nia denique Domino meo nunciabo, quodque
visum ei fuerit, fiet. His auditis, ira succen-
sus Mehemetes anceps animi hærebat:
cum Caramano propterea ad pacis con-
ditiones adductus est, quem totis viribus
pessumdare decreuerat. Verum ita secum
cogitabat rationibus his motus; Dum,
inquit, in Anatolia dego, Romanorum Impē-
rator ceteras gentes Christianas in me concitabit,
et Orchanem liberum dimittet; harum-
que nationum ope occidentis provincie Ro-
mæis cedent, dum Orchanes orientem retine-
bit. Hæc & similia animo voluens, sere-
no ac mansueto vultu Caramani legatos
admittit: minaces sermones opportune
ad eos habet: mansuete ac benigne alias
præter tempus alloquitur, donec pacem
sacramento adactus constituisset, & ami-
ce complexus dimisisset. Ad Imperatoris
autem legatos hæc verba respondit:
Adrianopoli breui aderimus; illic cum vene-
rimus, omnia, quæ Imperatori & urbi neces-
saria sunt, nobis exponite: quodcumque ro-
gaueritis, id præstare paratus sum. His & al-
liis sermonibus blandis usus, eos dimisit.

C Mehemetes ergo paucis diebus fretum
transuectus Adrianopolim accessit: sta-
timque quemdam feruorum suorum in
regionem ad Strymonis ripas sitam mit-
tit, qui reditus Imperatori concessos ei
solui vetaret: illorumque administrato-
res & procuratores, qui anni vnus so-
lummodo pensionem perceperant, ex-
pelleret. Hoc peracto rem aliam damno-
sam admodum ac perniciosam Romæis
aggreditur. Hieme aduentante per pro-
uincias singulas occidentis ac orientis e-
dicta promulgari iubet, mandatque, vt
fabri & architecti mille, in vnoquoque
loco ratione multitudinis eorum habita,
operarii etiam numero fabrorum con-
gruentes, & calcis coctores congregaren-
tur: & vt omnia verbo dicam, cuncta
quæ ad opus absolendum, & ad com-
portandas materias necessaria erant, vere
appetente præsto essent, ad castrum in
ostio sacro supra Constantinopolim ædi-
ficandum. Hoc nuncio tam ingrato ac
acerbo allato, Romæi, qui Constantino-
polim, quique Thraciam & Asiam inco-
lebant, insulares etiam Christiani, animi
ægritudine ac moerore consumpti, alios
sermones ad inuicem præter istos non ha-
bebant. Nunc vicinus est urbis finis: por-
tenta imminentis genti nostræ ruine nunc vi-
debuntur: dies antichristi aduenerunt. Quid
de nobis statuetur? quid faciemus? Vita no-

Mehemetes
verbis legato-
rum Græcorū
offensus, cum
Caramano pa-
cem tranfigit.

Mehemetis ad
legatos Græ-
corum respon-
sum.

Reditus Con-
stantino con-
cessos solui ve-
tat Mehemetes

Castrum no-
uum ædificare
Mehemetes ad
fauces Bospori
in Europæ li-
tore parat,
qua nouitate
omnes Chri-
stiani percel-
luntur.

* γλῶσσος-
μήριος

bis Domine prius eripiatur, quam oculi ser- uorum tuorum urbis euersionem videant. Ne dicant inimici tui Domine, ubi sunt sancti, qui urbem illam tuentur? Has voces cum eiulatu & fletu non solum Constantino- politani, sed & cuncti Christiani per Ana- toliam, insulas, & occidentem dispersi, easdem lachrymis ac lamentis mixtas fun- debant. Mehemetes vere inchoato, vn- dequaque artifices & operarios collegit.

Constantinus legatos ad Me- hemetem mit- tit.

Legatorum ad Mehemetem oratio.

At Imperator Adrianopolim legatos mi- fit, non quæ vellet, aut reditus duplo ampliores sibi dari, per eos petiturus: sed eiusmodi orationem legati ad Me- hemetem habuerunt. Annus iam centesi- mus agitur, vel etiam plures elapsi sunt, ab erepta nobis per tritauum tuum Moratem Or- chanis filium Adrianopoli: & ab illo tempo- re, principum genus ab eo ducentium nullus preter te tugurium, ne dum turrim, in vr- bis ipsius vestibulo post inita fœdera ponere cogitauit. Quamuis enim suborta belli cau- sa, ad pugnam ventum sit, ad condiciones tamen pacis descensum postea; & reconcilia- ta concordia in tranquillum iterum statum res constituta sunt. Voluerat olim auus tuus Mehemetes, in littore orientali freti castrum a fundamentis excitare: quare ut id ab Im- peratore Manuele consequeretur, diu multum- que, ut filius patrem solet, eum precatus per- suadere conatus est. Illi tandem annuit, & castrum in litore orientali edificare permisit; cum etiam multos ante annos ab eius maiori- bus tota Anatolia possessa fuisset. Tu vero, quicum pacifice, & prout decet, nos geri- mus, videris procul dubio navigationem Pon- ti Euxini intercipere velle; ab ea Francos arcere: urbem fame enecare & consumere; reditusque, qui ex mercium vectigalibus in ea percipiuntur, rescindere. Hoc consilium a nobis exoratus omitte; quam cum patre tuo optimo principe amicitiam coluimus, tecum fidelem ac integram seruabimus. Tributum insuper, si nobis imperas, id pendere parati sumus. Ad ista respondit Mehemetes.

Mehemetes le- gatis respon- det.

Quod urbis sit, qua extra fossas nihil possi- det, nec dominium habet, non occupo. Si ad sacrum etenim ostium edificare castrum vo- lui, id me facere nullo iure prohiberi possum. Omnia quippe castra ad ortum ostii sacri sita, quæque Turci habitant, ditioni meæ subdita sunt. Qui vero agri derelicti occasum spe- ctant, mei sunt; cum in illis Romæ secure degere nequeant. Num meministis ad quas angustias pater meus redactus fuerit, quan- taque pericula ipsi impenderent, quo tempore fœdus cum Hungaris Imperator pepigit. Hi dum terra mouerunt, nauibus suis Franci Hellepontum vsque prouecti sunt; & Calli- poleos freto præcluso, patrem meum transitu arcuerunt; qui superiora loca petiit, & ad castrum, a patre suo prope ostium sacrum con- structum, venit: ubi cum acatiis, quamuis

A ἀφ' ἡμῶν ἢ ζωὴ ἡμῶν κύρει, καὶ μὴ ἴδωσιν οἱ ὀφ- θαλμοὶ τῶν δούλων σου τὴν φθορὰν τῆς πόλεως, μη- δὲ εἰπησῶσιν οἱ ἐχθροὶ σου δέσποτα, ποῦ εἰσὶν οἱ φυ- λάσσοντες τὴν πόλιν αἱ γὰρ οἱ; τὴν πόλιν γὰρ τὴν φωνὴν σου κλαυθμῶ οὐ μόνον οἱ τῆς πόλεως, ἀλλὰ καὶ οἱ τῆ ἀνατολῆς ἀπορρίδωσιν οἰκιστῶντες Χριστιανοὶ, καὶ οἱ ἐν τῇ νήσοις, καὶ οἱ ἐν τῇ δὴ ἑσθ' αὐτὸ μὲν κλαυθμῶ εἶβωσιν. ὁ δὲ Μεχεμέτ, ἡδὴ τὰ ἔαρος ἄρξασθαι, ἔστλεν ἀπὸ τῆς πόλεως τοὺς τεχνίτας καὶ τοὺς ἐργάτας στυλάων. ὁ βασιλεὺς δὲ σέβας ἐν Ἀδριανουπό- λει παρέσβεθες, οὐχ ὅτι ζητήσῃ τι τῶν ὧν ἠβούλετο, ὅσα δὲ διπλασιάσῃ τὴν πόλιν, ἀλλ' εἶπον αὐ- τῷ· ἡμεῖς ἡδὴ τὴν σήμερον ἔπος ἐστὶν που ἐκαστοῦ καὶ ἐπέκεινα, ἀφ' οὗ τὴν Ἀδριανουπόλιν ὁ σὸς πάπ- πος Μωράτ ὁ τῶν Ὀρχανῶν υἱὸς ἔλαβε. καὶ ἐκποτε στυλάων ποιήσαντες οἱ ἐν τῇ γῆ αὐτῶν κατα- γράμμοι, μέγρι σου, ὅσα δὲ εἰς ἐμελέτησε πύργον, ἢ καλύβειω πῆξαι ἐν τῇ αὐτῇ τῆς πόλεως. εἰ γὰρ καὶ ἀπὸ τῆς δειλίης καὶ μάχης ἀμφοτέροις στυλάων, ἀλλὰ δι' ἄλλης συμβιβάσεως τὰ τῆ εἰρήνης ἐπεσφί- τοντο. ὁ γὰρ σὸς πάππος ὁ Μεχεμέτ βουλευθεὶς ἐν τῇ πόλει ἀνατολίῳ κειμήλιον τῶν πορθμῶν γῆ κτί- σαι Φρουρίον, ὡς ἀκρητικῶς, καὶ ὡς υἱὸς πατρὸς πα- τέρα, τὴν ἀπὸ τῆς οὐ μισθῶν ὁ Μεχεμέτ πατρὸς τῆ βασιλέα Μαουήλ ἐποίησεν. ὅθεν καὶ κατένευσεν ὅτι σκοπῶν, ὅτι ἐν τῇ ἀνατολῇ ἀκροδύμητο ὁ ἔργον. καὶ ἡ ἀνατολή πᾶσα παρὰ τῶν ἁγίων πολλὰν ἔχει αἰεὶς παρορμητικὴν. ὁ δὲ σὺ τὴν νῦν καλῶς ἐχόντων πύργων σου σὺ, ὅρα μὲν ἀσφαλῶς ὅτι μέλλεις τὴν πόλιν ἀσφαλῶς τῆ Ποντικῆ ἀβατον ποιήσῃ τῆς Φρουρίας, καὶ τὴν πόλιν λιμοκτονῆσαι, καὶ τὰ εἰσό- δου τῶν ἐν αὐτῇ τελευτησάντων κρημνιστῶν κωλύσαι· δεόμην δὲ, τὴν πόλιν τὴν βουλίαν ἀποκέραιον, καὶ εἰσοδία φίλοι σου τῶν ἁγίων κατὰ καὶ σου τῶν πα- τέρα σου τῶν ἁγίων ἡγεμόνι· εἰ βούλη καὶ τέλος δι- δόναι, δάσσομεν. ὁ δὲ Μεχεμέτ ἀπεκρίνατο· ἐγὼ οὐ τῆς πόλεως οὐ λαμβάνω τι, ὅπως τῆ Φρουρίας εἶχθαι, οὐτε κέκτηται τί. καὶ γὰρ εἰ ἤτερον κτίσῃ ἐν τῇ πόλει τῆ Φρουρίας, ἔκ εἶχε δὴ καὶ τὴν κωλύειν με- πύργων γὰρ ὑπὸ τῆ ἐμῶν ἐξουσίαν εἰσὶν, καὶ τὰ παρὰ ἀνατολῆν κείμην τῆ Φρουρίας, καὶ ἐν τῶν αὐτῶν Τύρκοι κατακέραιον καὶ τὰ ἐν τῇ δὴ ἀνατολῆν ἐμα εἰσὶ, ὅ γὰρ Ρωμαῖοι ἔκ ἐχούσιν ἐπὶ ἀδείας τῆ οἰκῆσαι· ἢ ἔκ οἶδατε ἐν ποίᾳ φενοχωρίᾳ ὡς ἐστὶ καὶ δὴ τῆ Φρουρίας ὁ ἐμὸς πατήρ, ὅταν τοῖς Οὐγγαροῖς ὁ βασιλεὺς συ- νετέρη, καὶ ἀφ' ἐξουσίας ἐλθόντες ἐκείνοι, ἀφ' ἁλ- λάσσης τῆ Φρουρίας τειρήσει ἐν τῇ πόλει τῆ Ἑλλη- σπόντων ἡγεμόνι, καὶ τῆ Κάλισ πόλεως πορθμῶν ἀπο- κλείσαντες ὅσα ἐδίδωσιν πορείαν ἐπὶ ἐμῶν παρὰ ἀνα- τολῆν οὐ μὲν τῆ πόλεως τῆ Φρουρίας ἐστὶν, καὶ ἐν τῇ πόλει τῆ, ὅ ἐδείματ' ὁ πατήρ αὐτῶν, σὺ ἀκαπίσις

περάσας Θεοδ' βύδουκωυτος. καὶ γὰρ ἀπειρήδς τῆ βασιλέως ἐκείνου τεσκέπτεον τ' κωλύσαι τ' ἀφ- βασιν' ἐγὼ δὲ ἐκαθήμιω ἐν Αδριανοπόλει πα- διον ὦν, ἐκδεχόμενος τ' τῶν Οὐγγρων ἀφίξιν. οἱ δὲ Οὐγγροι ἐλεηλάτοιω τὰ πέριξ τῆς Βαρῆς, καὶ ὁ βασιλεὺς βύφραϊνετο, ἔδ' τῶν Μουσουλμανῶν ἄλλος ἐδυσφόρη, καὶ οἱ Καβουεῖδες ἐχάρηοντο. τότε ὁ ἐμὸς περάσας μὲν πολλοὺς τοὺς κινδύους, ὠμω- σε δ' ποιῆσαι κατ' ἀντίκρυ τῆς Φρουρίου ἔχειμένου πρὸς ἀνατολὴν ἕτερον Φρουρίον πρὸς δύσιν· ἐκείνος δὲ ἐφθασε δ' ποιῆσαι, ἐγὼ δ' ἔτο μέλλω ποιῆ- σαι Θεοδ' ἄρρωκωυτος. ὡς με κωλύετε, ἢ ἐκ ἐξε- σι ποιῆσαι, ἐν τοῖς ἐμοῖς ὁ βούλομαι; ἀπέλθατε, εἶπατε τῷ βασιλεῖ. ὁ νῦν ἡγεμὼν δὲ ἐστὶ τῶν πρὸς ἡμῶν ὁμοῖος· ἀ δὲ ἐκείνοι ποιῆσαι, ἔδ' ἔπειτα τῶν χεῖρα καὶ βύχλωσ ἐχάρ τῆ πρὸς ἡμῶν καὶ ἀ δὲ ἐβούλοντο ἐκείνοι, ἔδ' ἔπειτα ἔβουλεται. ἔδ' ὁ ἐλθὼν ἀπὸ τῆς νῦν ἐνεκα τῆς ἰσοστάσεως ταύτης ἀφαιρηθῆσεται τὴν δόξαν. οἱ δὲ τῆ βασιλέως ἀκού- σαυτες τῆ τυραννίου τὴν ὀργῆς ἔδ' θυμὸν πνέουσαν ἀπόκεισιν, εἰς τὴ πόλιν ἰσπερὲς ἀναστρέψαν- τες τῷ βασιλεῖ πτόματα. ὅτε οἱ τῆς πόλεως ἀπὸ- τεσὲν ἀγωνία, ἔδ' φόβω στυχεχόμενοι ἀλλήλοισ ὀμι- λωῦντες ἐλεθρον. ἔδ' ἐστὶ ὁ μέλλων εἰσέναι ἐν τῇ πό- λει, ἔδ' φθεῖρα, καὶ ἀχμαλωτίσαι τοὺς ἐν αὐτῇ, καὶ κἀπατήσαι τὰ ἀγία, καὶ ἀφανίσαι τοὺς ἡμίους ναοὺς, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς κείμνα λείψμα θεοφόρων ἀνδρῶν καὶ μῦστυρων, ἐν ταῖς πλατείαις καὶ τῆ τελο- δοῖς ἐναπορρίψαι· οἱ μὲν τὴ πρὸς ἡμῶν, που φύγω- μιν; ταῦτα, καὶ ἕτεροι οἱ δυσχεῖς κλαίοντες τὴν αὐ- τῶν ζωὴν ἐπαλαίνον. ὁ δὲ Μεχμετ' ἡδὴ ἔαρος ἄρξαντος, καὶ Μαρτίου μηνὸς ἡδὴ περὲλ ηλυθότος, ἡ ἀσβεστος ἐποιμας γέρονεν ἐν τοῖς κἀαφυγίοις, τὰς καμίνοισ παμπληθῆ ἐργασάμενοι, κατ' ἐνάσθη ἐξέφερον. ἐκ δὲ Νικημηδίας καὶ Ποντοπρακείας τὰς ἀδικίας· ἐκ δὲ τῆς ἀνατολῆς τοὺς λίθους. κατ' ἔδ' πρὸς πρὸς ἀνατολῆν πρὸς ἀνατολῆν ἀπὸ τῆς οἱ ἐξοισία, οἱ ἐν τῆ ἐπαρχίαις τῆ ἀνατολῆς, τῆ δύσεως μὲν ἑαυ- τῶν τοὺς ἀγρῶν ἀπὸ τῆς ἀπίεσθαι. ὅτε καὶ ὁ ἡγεμὼν ἐξῆλθὼν ἐκ τῆς Αδριανῆς, κατήνησεν ἐν τῷ ἔπρω ὁ ἐ- μελλε δεῖξαι τῆ πῆξαι τῆ θεμέλιον τῆ κἀεφρου. καὶ δὴ κἀαλαβῶν μίσην ἀρχίαν κἀατῶν ἔδ' Σωθενίης κα- λουμένην ἐκ παλαι Φόνεαν, ἐκείνως ἐν βιγῶν ἀρη- ματι τῆ θεμέλιον ὠείσατο πηγῶν, ὁ καὶ ἡρόμενον. τῆ κἀησιν τῆ κἀεφρα Παρεσὲν ἐκ ἐλδουσε κἀαλείσθαι, ἐξελθὼν τὸν μὲν δὲ ἐρμῶν δὲ ἐκ φθοροκῆπης, ἔχον ἀντίκρυ καὶ τῆ Φρουρίον ὁ ἐδείματο ὁ πᾶππος αὐ- τῆ. διένειμε δὲ οὐκ οἰκοδομῶν οὕτως. ἔδ' μὲν Χα- λιλ Γ' ἀσία δὲ δωκε μίσην τῆ γωνίαν τῆ ἐν τῇ θαλάσ- σῃ κειμένην, τῆ οἰκοδομῆσαι πύργον ἕνα ἰσπερὲς με- γέθη, καὶ ἐρρῶν ὡς ἀκρόπολιν. τῶ δὲ Ζαγανῶς ἕτερον

A illic imperatoria triremes transitum impedi- tura stationem haberent, Deo favente traie- cit. Per id tempus Hungarorum adventum, qui Varna vicina loca populabantur, expe- ctando puer etiamnum Adrianopoli debebam. At Imperator letus exultabat, & gente Mu- sulmanorum ærumnis pressa Cauvrides gaude- bant. Multa post pericula exantlata supera- to freto, iuravit pater meus, castrum aliud se excitaturum in occidentali litore, e regio- ne eius quod in orientali positum est. Tempus illi ad id opus non superfuit, quod nunc Dei ope adiutus aggredior. Vt quid vetatis? an- non mihi licet in ditione mea quod libuerit facere? Abite. Imperatori talia nunciate. Cum hoc, qui nunc regnat, principe decessores sui haud componendi sunt; quæ non potue- runt illi præstare, prompte ac facile perficere hic potest: quæ noluerunt, valde vult. Qui- cumque vero deinceps legationem hac de re obierit, ei vino pellis detrahatur. Legati vbi responsa Tyranni, iram & furorem spi- rantia, acceperunt, in urbem reuertun- tur, & cuncta ad Imperatorem referunt. Vniuersi tunc ciues animam propemo- dum agentes, metu correpti ac attoniti colloquiis mutuis hæcce agitant: Hic est qui urbem occupaturus & devastaturus est; cunctos sub iugum mittet, sacra pedibus conculcabit. Egregia & eximia templa solo equa- bit; depositaque in iis virorum divino spiri- tu plenorum ac martyrum reliquias, per pla- teas & triuia dissipabit ac disperdet. Hei! quid faciemus? quo aufugiemus? hæc & alia, vitæ suæ ærumnas ac misérias deflen- tes, lamentis ac eiulationibus verba in- tercisa mittebant. At Mehemeti, vere iam ineunte mense Martio elapso, parata iam erat calx, in furnis plurimis ad Ca- taphygia constructis cocta, quotidie in destinatum locum comportata. Aduecta etiam e Nicomedia & Heraclea Ponti trabes, ex Anatolia lapides subiecti; om- nesque principis Imperio obsecuti, cum qui munera & magistratus gerebant, tum orientis ac occidentis prouinciis præfe- cti, ductis secum iis a quibus operæ exi- gebantur, illuc abierunt. Ipse etiam prin- ceptus Adrianopoli profectus est ad locum, in quo castrî fundamenta designaturus erat. Infra Sosthenium itaque, Phoneam antiquitus dictam, in accliu loco deter- minato triangularis figuræ fundamenta iaci præcipit: idque celeriter factum. Ca- strum hocce oppositum ei quod auus suus extruxerat, Bascesen appellari iussit, quod latine redditum nomen capit is ampu- ratorem significat. Ædificandi castrî mu- nia suis ita distribuit. Halilis Bassæ alte- rum castrî angulum mari adiacentem cu- ræ commisit, vt turrem prægrandem ar- ci firmæ ac validæ parem in illo angulo ædificaret. Zaganum angulo continen-

Sæua ac im- mania verba Mehemetis ad legatos.

Constantino- poleos ciues a- speris Mehe- metis verbis attoniti restâr.

Ad Bospori fauces arx æ- dificata.

Sedulitas prin- cipis in arce ædificanda.

Omnium affi-
duitas in opere
præstando,
Mehemetis
crudelitatem
metuentium.

Templi S. Mi-
chaelis rudera
arce extruendæ
inferuunt.

Constantinus
a Mehemete
præfidiarios
petit, qui sub-
urbicarios a-
gros ab incur-
sionibus palā-
tium Turco-
rum protege-
rent.

Mehemetes
contra ex agris
suburbicariis
suos commo-
da percipere
iubet.

Sinopes Re-
gulus operam
suam castro æ-
dificando Me-
hemeri præ-
bet.

tem spectanti præposuit, ad turrin quo-
que altam ibi construendam. Sariciæ ter-
tiam turrin in tertio angulo erigendam
mandauit: illaque turrium trias, quæ to-
tidem propugnacula & arces erant, suo-
rum impensis absoluitur. Cæterum mœ-
nium, & aliarum castri partium curam in
se princeps recepit. Cernere tunc erat
multitudinem ex omnibus partibus con-
currentem, quam Cadisi (id est iudices)
iussi adducebant: capitis quippe pœna
imperium detrectantibus a Tyranno indi-
cta erat. Is unicuique fabro singulos cu-
bitos, qui mille erant, assignauit: binas-
que operas extra castri ambitum, & in-
tra totidem, materias fabris laboranti-
bus ministrantes operas attribuit. Innu-
meri etiam aderant, lapides, calcem, la-
teresque coctos portantes. Ipsi proceres
lapides & calcem, Tyranni crudelitate
persecta, fabris quandoque ministra-
bant. Omnes porro illæ materiæ ex con-
tinente opposita afferebantur; & ex locis
Byzantio vicinis, iacentia rudera super-
borum quondam templorum extracta in
id opus fuere. Inter quæ etiam columnas
quasdam aduexerunt ex templi ruderi-
bus, quod militiæ cœlestis Duci Michae-
li olim dicatum fuerat. Ciues interea ali-
qui zelo religionis impulsæ ad Turcos
prohibendum vrbe exierunt; qui capti
fuerunt, ferro omnes periere. Postquam
animaduertit Imperator Tyranni consilia
exitum fortiri, aliam viam capessere sta-
tuit, & per Apocrifarios ab eo poscit præ-
fidiarios, qui vicos suburbicarios, illo-
rumque incolas tuerentur: ne Turci huc
& illuc vagantes segetes agrorum cor-
rumperent, cum ætas iam instaret, pro-
pmodum maturas. Varia etiam ei do-
na, ac esculenta etiam & potulenta quo-
tidie, vi ac necessitate coactus, mittebat;
draconem ferum honore profecutus. Ve-
rum Mehemetes seruorum suorum ali-
quos misit, quibus mandat, vt diligen-
ter speculentur & obseruent, ne Turcos,
qui ad pascendum mulos equosque, siue
alia veterina animalia castro ædificando
inferuientia, in agros immitterent vel
agerent, vllatenus prohibeant illi, qui-
bus damnum inferretur; sed eos libere
pascere sinant. Si quando vero Romæi
indignati sese opposuerint: tunc etiam
Turcis se coniungere, simulque Romæis
obsistere iussi sunt. Eodem etiam tempo-
re Spendiaris filius, Moratis gener, Me-
hemetisque sororius nobis supra memo-
ratus, principis edicto publico obtempe-
rans, cum suis Adramyntio profectus,
operam quoque suam in castri ædifica-
tione principi nauaturus venit. cumque
prope turrin quæ Epibata dicitur acces-
sisset, suorum, quod ducebat agmen,

Α ἐν τῇ ἐτέρῃ γωνίᾳ τῇ κειμένῃ ἐν τῇ ξηρῇ, μέγαν
καὶ αὐτὸν. τὰ δὲ Σαριτζία ἄλλον ἐν τῇ τρίτῃ γω-
νίᾳ. τοὺς αὐτοὺς τοὺς πύργους ὡς ἀντίμαχα καὶ ἀκρο-
πόλεως ἐκ τῶν οἰκείων ἀναλωμάτων. ὁ δὲ τεῖχος, ἐ-
πιπλὴν ἐτέρων ἄλλῃ τῷ κείρου οἰκοδομῶν αὐτὸς
ὁ ἡγεμὼν ἀελάβετο. καὶ ἡμεῖς ἰδεῖν συρρέοντα πᾶ-
σιν ἐν τῇ ἀποδυταχοῦ τῆς γῆς μερῶν σὺν
τοῖς Καδδῖσι, ἡρωῖν τοῖς κείταις, ἐπιπλὴν κεφα-
λικῆς ἡμωρίας τῷ τυραννῶν παρὰ τῆς ἑξῆς.
Ἀραμεῖσας πλὴν κήσιν ἀπὸ πύργου τὰ τεχνί-
τη. οἱ τεχνίται ὡς χίλιοι, καὶ ἐν ἐκάστῳ τεχνίτη
ὑπουργοὶ δύο ἐγὼς αὐτῶν, ἕξωθεν τῷ τείχῳ. καὶ
ἕσωθεν ἐτέρῳ ἑσσοῦτοι, ἐ τεχνίται καὶ ὑπουργοί.
Β οἱ δὲ κομίζοντες πέτρας, ἀσβεσον, πλίνθους ὀπλοῖς
ὑπὸ ἄριστον. καὶ αὐτοὶ οἱ μεγαλῆνες καὶ κειρὸν
ὑπουργοῖ, καὶ πέτρας, ἐ ἀσβεσον ἐδίδδω ὁρῶν-
τες πλὴν τῷ τυραννῶν ὁμότητα. πλὴν δὲ πᾶσα
κεφάλῳ, καὶ ἐκ τῆς παρίας, καὶ παρὰ τὸν Βυζάν-
τιον ἀπασθῆν, πᾶσα τῇ ἐρείπτῳ τῇ κειμένῳ τῇ
ποτὲ μεγάλων ἀναθημάτων ἐλάμβανον. ἐξ ὧν
καὶ ἵνας κίονας μετὰ κομίσματα ἀπὸ τῆς ἐρείπτῳ
τῆς ναοῦ τῆς ἑξῆς ἀρχῆς Μιχαήλ. ἵνες τῇ τῆς
πόλεως ζήλω κινουμένοι ἐξῆλθον τῷ κωλύσαι
τοῖς Τούρκοις, καὶ δὴ συλληφθέντες πάντες ἀφ᾽
μαχίρας ἀπέθανον. ὁ βασιλεὺς οὖν ἰδὼν, ὅτι
εἰς τέλος παρὰ τῷ τυραννῶν βουλο-
ματα, πλὴν ἄλλῃ ἐπράπετο, καὶ δὴ πέμψας ἀπο-
κλειστικοὺς ἐζήτησε ἵνας δεφένσορας, καὶ δεφένδῶν
τοῖς εἰς τὰς κώμας τῆς πόλεως Ρωμαῖοις. ἵνα μὴ
οἱ Τούρκοι διερχόμενοι λυμῶνοισι πλὴν αὐτῶν
γεωργίῳ, ἡμεῖς γὰρ ἐγὼς φθάσας τὸ γέρας. εἰ-
λας αὐτῶν καὶ ἀφ᾽ ὅρα δωρήματα, καὶ παρὰ
ἑσθῆν καὶ πόσιν, καὶ ἐκάστην φιλοτιμίᾳ τὸν
ἀνήμερον δράκοντα ἐξ ἀνάγκης, καὶ βίας. ὁ δὲ
Μεχμέτ ἐκ τῆς αὐτῆς δούλων ἕσθλε ἵνας, ὁ-
σας αὐτοὺς ἑλθε τῷ ὅτι σκοπεῖν καὶ τηρεῖν τοὺς ζῆ-
μιουμένοις, πᾶσα ἑλθε αὐτοὺς μὴ κωλύειν εἰς
τέλος τοὺς εἰς τὰς νομαῖς τῆς Ρωμαίων εἰσερχο-
μένοις Τούρκοις τῷ ἀρέσῃ πᾶ αὐτῶν ζῶα, ἢ τε
ἡμίονοι ὄσιν, ἢ τε ἵπποι, ἢ ἄλλα ἵνα τῇ ἀρθρο-
ρων ζῶων, αἶ ἐν τῇ δουλείᾳ τῷ κείρου τυλχά-
νοισιν, ἀλλ᾽ ἐὰν αὐτοὺς. καὶ ὅποτε οἱ Ρωμαῖοι θυ-
μωθέντες ἀντίστησονται τοῖς Τούρκοις, τότε καὶ ἡμεῖς
σὺν τοῖς Τούρκοις ἀντίστητε. ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἐκεί-
νης, ὁ υἱὸς τῆς Σπεντιάρ, ὁ ὅτι θυγατὴρ γαμβρῶς
τῷ Μωρῶν ἀδελφῆς τῷ Μεχμέτ, ἡμεῖς ὁ λόγος
παρὰ τῶν ἐμνημόνῳσεν, ἐκ τῆς Ἀδραμυντίου,
καὶ τὸ κρινὸν θεασσῆμα, καὶ ἐπὶ σὺν τοῖς ὑπὸ αὐτὸν
ἐπιπρατεύσας, ἀπὸ τῆς ἐν τῷ ἡγεμῶνι ὑπουργῶσιν
καὶ αὐτὸς τὸ κρινὸν ἀγαρεῖαν ἐν τῷ κείρου. καὶ δὴ πλη-
στον πεζούσας τὸ πύργου, καὶ λεγομένου Ἐπιβάτας,
ἀπο-

ἄπολύσθητες τοὺς ἵππους, καὶ τὰ σκυλοφόρα ζῶα
 ἐν τοῖς κερποῖς τῶν Ρωμῶν, ἐλυμνήσαντο τοὺς εὐ-
 χυας καὶ πλεὺς ἄλλω παρτοῖαν χλωῖω. εἷς δὲ τῶν
 Ρωμῶν ὀράν πλεὺς γυροδρόμω ζημίαν ἐν τοῖς πολυ-
 κήποις ἀπὸ γεωργήμασιν, δραμῶν ἐδίωξε τοὺς ἵπ-
 πους ἐν τῷ ἀγρῷ. εἷς ὃ τῶν ἱπποηλάτων Τούρκος
 Φθάσας παῖει τῶν Ρωμῶν. ἄλλος δὲ παροχμῆς τῆς
 τυφθέντος ἔδραμε, καὶ μετ' αὐτὸν ἕτερος, ὁμοίως καὶ
 οἱ Τούρκοι ξιφῆρας. συμπλακέντες οὖν ἄλλήλοισι
 ἐσφάγησαν ἐν τῷ Τούρκων, ὁμοίως καὶ ἐν τῶν Ρω-
 μῶν. τότε ὁ Καγιάπεγ, οὕτω γὰρ ἠὲ ἀπὸ ὀνομα,
 ὅτι τὸ αὐλεον Φθάσας εἰς τὴν ἡγεμόνα, καὶ παροχμη-
 σας αὐτὸν κατ' ὄνομα, ἀπήγαγε πᾶντα τὰ γυρομέ-
 να ἐν τῷ ὀπιβάταις· καὶ αὐτὸς μὴ δεηθεὶς ἕτερας ἀλ-
 γαλλίας, ἢ παροχμῆσεως, παροχμῆσε αὐτὸν τῷ Κα-
 γιάπεγ τὸ ἀπελθεῖν ἐν αὐτοῦ τῶν τοῖς ἀπὸ στρα-
 τώταις, καὶ πατάξαι τοῦτο ἐν μαχαίρα πᾶντα τῶν
 χειρῶν οὐκ εἰναι, ὃ καὶ γέγονεν· ἐλθὼν γὰρ Ἰζαίφνης
 παροχμῆς, καὶ οἱ γεωργοὶ ἐξῆλθόντες εἰς τοὺς ἀγροὺς τῶν θε-
 εῖων, ἐπεισπέντες οἱ Τούρκοι πᾶντα κατέσφα-
 ξαν τὸν Ἰζαίφνην ὡς τεταραχθέντα. αὐτὴ ἀπὸ τῆς
 μάχης καὶ ἀφανισμὸς τῶν Ρωμῶν. τότε ὁ βασιλεὺς
 ἀκούσας τῶν γεροντῶν ἐκλάσει τὰς θύρας τῆς πόλεως, καὶ
 ὅσοις ἐτυχεῖν ἄνδρων ἐν τῷ Τούρκων πᾶντα δεσμήσας
 ἐν Φραξῶν ἔθετο. Ἐμὲ ἡμέρας ἄρας πάλιν ἀπέλυσε.
 τί γὰρ εἶχε τὸ δρᾶν; ἐπὶ ἐν τοῖς ἄνδρασι Τούρκων ὑπῆρ-
 χον ἐκ τῶν παλατιῶν τῶν ἡγεμόνων ὀνυχόπουλοι, οἱ καὶ
 παροχμηθέντες τῷ βασιλεὺς εἶπον· εἰ μὴ ἄπολύσῃς ἡ-
 μάς ὁ βασιλεὺς παρὰ τῶν τῶν ἡλίου κλίνας παρὰς δυ-
 σμας, χαλεπὸν εἰσομῶ σοι, εἰ ὃ μὲν δύσιν ἡλίου μὴ δι-
 ρεθέντες ἐνώπιον τῶν ἡγεμόνων, γινώσκῃς τῶν αὐτῶν
 ἄπολυθῆναι ἕκαστον ἡμῶν παρὰ στρατοῦ, ἀλλὰ καὶ λίαν
 θανάσιμον. διὸ ποίησον εἰς ἡμᾶς ἔλεος, καὶ ἄπολύσον
 τῆν ὥρα αὐτῆ, εἰ δὲ οὐ μὴ, κέλδυσον ἄπολυθῆναι
 τὰ κεφάλαια κρητῆρον γὰρ πᾶν ὑμῶν τεθνήσκαι, ἢ πᾶν
 τῶν κρινῶν τῶν οἰκιστῶν ὀλέθρου. αὐτὰ ἀκούσας ὁ
 βασιλεὺς ἐκείνη τῆν ἡμέραν, καὶ ἀπέλυσεν αὐτοὺς τῆν
 ὥραν ἐκείνην. καὶ τῆν ἡμέραν ἀποκλεισάμενος παρὰ τὴν
 ἡμέραν εἶπεν, ἐπεὶ τὰ τῶν μάχης ἡρετήσω, ἔπειτα ὀρκοῖς
 ἔπειτα παροχμῆσεως παρὰ τῶν ποιήσασε ἕξω, ποῖα ἀβ-
 λαί. ἐγὼ γὰρ παρὰ τῶν Θεὸν κατὰ τὸν νόμον, καὶ εἰ θελήσῃ
 αὐτὸν ὅτι τῶν δουρῶν καὶ τῶν πόλιν αὐτῶν εἰς χεῖρας σε,
 τίς ὁ ἀνὴρ πρὶν διωάμενος; εἰ ὃ πάλιν ἐμφυθίσῃ εἰ-
 ριών ἐν τῆν κερπίσασε, καὶ ἔπειτα ἀσπασίως ἄποδέρμα.
 πλὴν κατ' ὀπρὸν ἄρα σε τῶν συνθήκων καὶ τῶν ὀρκων·
 ἐγὼ ἄποδῶν ἡμῶν πύλας τῶν πόλεως κεκλήσμενος ἔ-
 χων, καὶ περὶ ἐνδὸν φυλάξω ὅσον ἡ δύναμις σου ὃ κα-
 λαδυνασεύων δύνασεύε, ἕως ὁ δὲ χρόνος κριτῆς ἄπο-
 δῶσῃ ἐκείσε ἐμοί τε, καὶ τοῖς τῶν δικῶν ἄποφασιν. ἰαῦ-
 ται ἐνωπίσθις ὁ βαρβάρων, ἔμην δὲ τῶν οἰονῶν εἰς νομῶν
 μετῆσας ἄπολογία, πᾶν δὲ ἐκείσε διδύλαται

A pedibus incedere cœpit; frenisque leua-
 tos equos, cæteraque iumenta, quæ im-
 pedimenta & sarcinas portabant, in Ro-
 mæorum messes agunt, quibus spicæ, ac
 cætera olera, & legumina vastantur & cor-
 rumpuntur. Agris a se cultis & aratis dam-
 num inferri Romæus quidam animaduer-
 tens accurrit, & inde equos abegit. Tur-
 corum agafonum vnus Romæum percu-
 tit: percussi affines vnus & alter accur-
 runt, ex aduersa etiam parte Turci. Ma-
 nibus itaque confertis ex Romæis Tur-
 cisque aliquot ceciderunt. Postridie, qui
 Kagia Begus vocabatur, principem adit,
 cui de more salutato cuncta, quæ in Epi-
 batis contigerant, narrat. Rem ab alio
 accuratius cognoscere aut de ea vltius
 inquirere spreuit princeps: iubetque su-
 bito Kagiam Begum sua cohorte stipa-
 tum festinanter abire, omnesque vici il-
 lius incolas gladiis frustulatim conscin-
 dere: quod factum deinde. In messores
 enim, qui mane ad metendum exierant,
 ex improviso irruunt milites, & circiter
 quadraginta trucidant. Hæc fuit belli,
 quod consecutum est, gentisque Ro-
 mæorum euersionis origo. His comper-
 tis portas vrbs claudi iussit Imperator:
 & Turcos, quotquot in vrbe reperti sunt,
 in carcerem detrufit, triduoque elapso
 dimisit. quid enim faceret? Inter eos, qui
 in vrbe capti sunt, pueri Eunuchi e pa-
 latio principis aliquot reperti sunt, qui co-
 ram Imperatore adducti dixerunt: *Si nos,*
o Imperator, priusquam ad occasum Sol vergat,
dimiseris, maximam tibi gratiam habebi-
mus. Quod si post Solis occasum coram principe
non adfuerimus, tibi persuasum cupimus, non
ingratam tantum esse, sed etiam perniciosam
nobis dimissionem ac dominationem allaturas,
quapropter nostri miseris nunc liberos remit-
te: sin minus, capita nobis amputari impera-
Satius enim nobis est manibus vestris confi-
ci, quam a communi orbis vniuersi demasta-
tore neci dedi. Hisce flexus & emollitus
 Imperator liberos abire illico permittit.
 Tyranno deinde per legatos talia signifi-
 cat. *Quandoquidem bellum pace potius du-*
xisti, neque te iureiurando aut obsequiis ad
concordiam renocare possum, libidini tue in-
dulge. Ad Deum ego confugio; cui si decre-
tum ac propositum sit hanc urbem tibi tradere,
quis obloqui vel resistere poterit? Si rursus in
animum tuum pacis cogitationes instillauerit,
in eas libenter concedam. Verumtamen im-
presens pactis fœderibus, quibus te iureiu-
rando adstrinxisti, solutus sis: portas vrbs
deinceps oclusas tenebo, cuius incolæ pro vi-
ribus meis propugnabo. Tu potentior regna,
donec iustus index de utroque nostrum sen-
tentiam ferat. Hæc cum audiisset Barba-
 rus, neque, quæ se excusaret, causam a-
 liquam adducere sollicitus, bellum indi-

Famuli Re-
guli sinopenfis
legetes Gra-
corum vastat:
vnde rixa, &
pugna oriun-
tur.

Vici Epibata
incola: Mehe-
metis iussu
trucidati.

Constantinus
Constantino-
poleos portas
claudit, & Tur-
cos, qui in vrbe
erant carceri-
bus conclusi,
& illico liberat.

Eunuchi Con-
stantinopoli
conclusi se an-
te solis occa-
sum dimitti ac
liberari valde
orant.

Constantinus
legatos ad Me-
hemetē mittit.

Bellum Con-
stantinopoli-
tanis & Con-
stantino indi-
cit Mehemet-
tes.

ci subito iussit. Imperator rebus sibi præ-
 uis prospiciens, ante sex menses præsidia
 suppleuerat, & rusticos vicinorum pago-
 rum intra mœnia vr̄bis receperat: qui om-
 nem messẽ in spica, triticumque van-
 no purgatum ac ventilatum in vr̄bem
 comportauerant. Castrum interea prin-
 ceptus Mehemetes omnibus partibus ab-
 soluit, muro & turribus triginta palmo-
 rum crassitudine, altitudine etiam con-
 uenienti fabricatis. Inque turri, quam
 Halil Bassa ædificauerat, tormenta ænea
 collocauit, quæ lapides supra sexcenta-
 rum librarum pondo explodebant. Arcis
 custodia Pheruzium Agam sibi fidelissi-
 mum seruum præfecit; mandatque ei, vt
 naues, triremes, biremes, nauigia & aca-
 tia, quæcumque ab Hellepontu ad Pon-
 tum, vel a Ponto ad Hellepontum nau-
 igitur, cuiuscumque dominationis ac
 ditionis, Genuenses, Venetæ, Constan-
 tinopolitanæ, Caphatinæ, Trapezuntia, Amy-
 sinæ, Sinopenfes, siue etiam, inquit
 ille, subditorum meorum fuerint, præter-
 nauigare prohibeantur, nisi prius contra-
 ctis velis vectigal nauarchæ soluant, quo
 penso præteruehi queant. quæ vero na-
 uis non obtemperauerit tormento quas-
 fata demergatur. His aliisque constitu-
 tis, Pheruzio quadringentorum iuue-
 num ad castri custodiam præsidium reli-
 quit, & Adrianopolim insolens ille ac su-
 perbus reuertitur, quadrimestri tempore
 sine operi imposito, imperii sui anno se-
 cundo labente; qui fuit ab orbe condito
 6961. [Christi 1452.]

Castrum ab-
 solutum & re-
 bus præsidio-
 que sufficien-
 tibus munitū.

Pheruzius-be-
 gus castro præ-
 fectus. ann.
 1452. Christi.

μάχης ἠυέας. ὁ δὲ βασιλεὺς θεωροῦν τὸ μέ-
 λλον, πρὸ ἑξ μιλίων εἶχε τὰ Φρούρια ἐν ὄπι-
 μελείᾳ, καὶ τοὺς χεῖρας τοὺς ἐγγεῖς τῆς πόλεως
 ἔνδον καὶ τὸν θειζόμενον εὐχῆ, καὶ τὰς λι-
 μηζόμενας ἀλκονας ἔνδον ἐκόμιζον. ὁ δὲ ἡγεμῶν
 ἀπαρτίσας καλῶς τὸ Φρούριον, καὶ εἰς πᾶχος
 τὰ τεῖχη καὶ τοὺς πύργους λ'. ἀπταμαῖς ἐκπέ-
 νας, ἐ τὸ ὕψος εἰς τὸ δρυκεῖν. καὶ ἐν τῶν πύρ-
 γῳ τῷ Χαλὶλ Πασία χῶνας χαλκῆς, ἀπολύον-
 τας πέτρας ὑπὸ ἑξακροσίων λίτρων τὸ βάρος,
 καὶ τῶν αὐτῶν πιστοτάτων δούλων Φερούζ Αἰγῶν
 ὀνόματι πρῶτος τὸ πολίχιον. πρῶτος γὰρ
 αὐτῶν ναῦς τὰς ἀπὸ Ἑλλησπόντου πρὸς Πόν-
 τον, καὶ τὰς ἀπὸ Πόντου πρὸς Ἑλλησπόντον,
 καὶ ὅποιας ἀρχὴ ἀνετητίας τυγχάνοιεν, ἢ τε Γε-
 νοῦται, ἢ τε Βένετοι, Κωνσταντινουπολίται, Κα-
 φατινοὶ, Τραπεζουῖται, Ἀμυσινοὶ, Σινώπειοι,
 καὶ οἱ ἐκ τῆς ἐμῆς ἀνετητίας ὁποιασοῦν τύχης
 καὶ ὡς. νῆες, τελεῖρας, διήρας, βάλακκα, ἀκάτια,
 μὴ πλοῖτωσάν τω ἐν χαλασσόντες τὰ ἴσσια, τὸ
 κρημέριον δίδου, καὶ οὕτως τὴν ὁδὸν αὐτῶν
 πορθέωσάν. ἢ δὲ ἀπειθήσασα ναῖς, καὶ μὴ
 ἐνδύσασα σὺ τῇ περὶ ἐβόλῳ καὶ ἀπονηθῆται.
 Ταῦτα καὶ ἕτερα ἀπαρτίσας ὁ ἀλαζὼν, δίδει
 αὐτῶν καὶ τετρακροσίοις νέοις εἰς Φυλακὴν τῷ
 πολίχιου, αὐτὸς εἰς Ἀδριανούπολιν ἐπορεύε-
 το τετρασε μισὶ τὸ πᾶν ἀπαρτίσας, ἢ δὲ τῆς
 ἡγεμονίας αὐτῶν πρὸς ἔχοντος δούτερου ἔτους, ἀπὸ τῆς
 κτίσεως κόσμου 5795 α'.

C A P V T X X X V.

*Mehemetes de occupanda Constantinopoli consilia agit. Bombardarum fusor Mehe-
 meti tormentum aeneum prægrande fundit. Nauis Veneta Bosporum nauigans de-
 mergitur, cuius nauarchus & vectores capti, Mehemetis iussu crudeliter interfecti.
 Bombardæ vim Adrianopoli probant. Mehemetes Halilem Bassam noctu ad se vo-
 cat, & cum eo de Constantinopoli subinganda consilia tractat. Halil magno se pe-
 riculo ereptum putans, latus a Mehemete discedit.*

ÆSTATE iam exacta, autumnoque
 inchoante domi agebat Meheme-
 tes peruigil ac irrequietus: interdium nam-
 que ac noctu, quibus artibus ac machi-
 nis vr̄bem occupare posset, suoque domi-
 nio adiciere, meditabatur. Contigit au-
 tem, dum in castro exædificando occu-
 patus erat, æneorum tormentorum fu-
 sorem Hungarum, artificem celeberrim-
 um vr̄be relicta abiisse. Iam diu erat,
 cum is Constantinopolim profectus Me-
 fazontibus Imperatoris artem suam ex-
 posuerat, de qua etiam ad Imperatorem

ΘΕΡΟΥΣ οὖν πρὸς ἐλθόντος, καὶ τὸ μετοπο-
 εἰνῆς ὥρας ἀρχούσης, οἱ καὶ ἀφῆσαν οὐκ
 ἐδίδου ἀνάπαυσιν τοῖς βλεφάροις, ἀλλὰ καὶ ἐν νυ-
 κτὶ, καὶ ἡμέρᾳ τὴν φροντίδα τῆς πόλεως εἶχε, πῶς αὐτὴν
 λάβοι, πῶς κύριος αὐτῆς ἦγοιτο. ἐπιόντος οὖν αὐτῶν
 ἐν τῷ πολίχιῳ καὶ οἰκηθροῦντος, ἐξῆλθεν ἐκ τῆς
 πόλεως εἰς τεχνίτης ὁ τὰς περὶ ἐβολιμῶν χῶνας
 καὶ ἀσπιδάτων, τὸ γένος Οὐγγρῶν, τεχνίτης δοκιμώ-
 τος. ὅς τῳ πρὸς πολλὰ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἔργων
 καὶ σημαίας τοῖς μετὰ τῶν βασιλέων τῶν τεχνίων αὐτῶν,
 ἀνέφερον τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ βασιλεὺς γράψας αὐτῶν

Constantino-
 polim quibus
 modis occu-
 pare possit me-
 ditatur Mehe-
 metes.

Bombardarū
 fusor operam
 suam Constā-
 tino offert.

στηρεσιον ουκ αξιον παρς πλω' οπισημω αυτ' ουδ' εκεινο ο μηδαμυνον, κη διαειθμητον εδιδουσα πα' τεχνιτη. οθεν κη απογονους καταλιπων τ' πολιν, μα' τ' ημερων τερα παρς τον βαρβαρον. κη αυτος απασσιως αποδεδυαμνος, κη εφρα, κη ενδυματα φιλοτιμησας αυτον διδουσι, κη ροζου τσον, οσην ει ο βασιλας ο τεταρτον εδιδεν, ουκ αν απεδιδρασκε της Κωνσταντινουπολεως. ερωτησει οτω παρς τε ηγεμνος, ει δυναται κενωσαι χωνειαν μεγαλω πεδαν φερουσα υφμεγεθη, οσην παρς πλω' αλκω κη ο παχος τε τειχους της πολεως. αυτος δε ανταπεκριναιτο δυναμα, ει βουλη, κατασκαδαση χωνειαν, οση ο μεγθος τυλακη της δεκμορδης μοι πετρας. εγω γδ πα' τειχη της πολεως ακριβως οπισαμα, ου μνον γδ εκανα, αλλα κη πα' Βαβυλωνια τειχη, ως ρωω λεπνωει η παρς της χωνειας της εμης αφεθεισα. πλω' εγω ο παρς τε εργου κελως απαρτισα. τ' δε βολω ουκ οπισαμα, ουδ' εσυντασομα, τετο ακυσας ο ηγεμνος εφη κατασκαδαση μοι τ' χωνειαν, παρς δε της βολης τε λιθου αυτος ολομα. ηρξαντο σωμαθροισιν χαλκον, τινω κη ο τεχνιτης τον τυπον της σιδυης επλατην. εν τεισιν οτω μοσι κατασκαδαση, κη εχωνθυτη τερας πι φοβερον, κη εξασιον. εν δε πα' Πασκεσεν πολιχια τας ημερας εκεινας καταρχορδης νηος εν τε τομου μεγαλης τ' Βενετικων, Ρυττος ο ναυαρχος τουνομα, κη μη χαλασας πα' ισια, πετρα ακνητισαμας οι τε κερου υφμεγεθη, πλω' ναω διερρηξε, κη εις δυορδη πα' βυθω ο ναυαρχος σω' λοιποις τειακοντα εν ακατη εμβαντες εξαηλον εν πα' αιμαλα. οι δε Τουρκοι λαβοντες αυτους, κη δεσμευτες τ' χειρας κη ποις τραχιλους εν αλυση, περασμετες ως εν μα' σφρα, τούτοις παρς τον ηγεμνα απηγαρον τετε εν Διδυμοτειχω δεφρητα. εκελθουσεν οτω τεισιν παρς αποκεφαλιθωα. τον δε ναυαρχον εν τω παλω δεφ' τε αφεδρονος πλω' ψυχωω απορριψα, κη απάφοις αφεινα, ος κη ιδον εγω, μα' ημερας ολιγας εκει δεφρημου μου. ελθων δε απο Διδυμοτηρου εν Αδριανουπολη πα' Ιανουαριω μωω, κη πασση σιδυασιδω πολεμικω ετοιμασας, πλω' χωνειαν, μα' ο τεχνιτης εκεινος κατασκαδαση, ηβουληθη δοκιμαση. κη δη παρασησας αυτω τεχνηντος εμπροθεν τ' μεγαλης πυλης τ' αυλης τ' παλατιων, τ' παρ' αυτ' ο ετος εκεινο κτιθεντων κη τ' πετρα κελως ενθεις, κη τ' βοταμω σαθμησας, τ' αυριον εμελλεν απολυσαν αυτω, κη εν παση τη Αδριανουπολη φανερον εγρευτο, τε κη' νοω' εχην πλω' βολω κη τ' κτυπον τ' ουρονοβροντον, ινα μη εξαφνης ενωπασειτες υνες

Aretulerunt : qui artificio tanto sportulam quotidianam, eius arti ac scientiæ minime parem, attribuit; quam tamen, quantumvis exiguam & tenuem, ei non demetiebantur. Quare de vita sustinenda desperans, quadam die ad Barbarum virbe relicta cursim abiit : a quo blande & amice susceptus, victum & vestes honorifice habitus accepit. Mercedem etiam adeo amplam ei condixit, ut si quartam eius partem ab Imperatore accepisset, Constantinopoli nusquam aufugisset. Hunc interrogavit Mehemetes, num possit bombardam fusilem fabricare tantæ magnitudinis, ut lapidem prægrandem eo impetu emittere possit, qui murorum firmitudinem ac latitudinem vincat. Respondit artifex: *Si tibi libitum erit, tormentum æneum fundere possim cuiuslibet lapidis caxax. muri urbis accurate etiam mihi explorati sunt; quos non solum, sed & Babylonios quoque, lapidibus tormento meo explosis, in puluerem comminuam. Totum, quod artis ac operis mei est, rite absolvam. Quam longus vero futurus sit iactus, nec scio, nec assero.* Hæc cum intellexisset princeps, fabricari sibi tormentum æneum iussit, de lapidum emissionem & iactu determinando postea deliberaturus. Æsitaque conquistum, modulusque operis ab artifice deformatus, tribusque mensibus conflatum fufumque est monstrum quoddam formidabile, & horrendum. Per id tempus, cum nauarchus quidam Venerus nomine Ricus, magna naui ab ostio sacro ad castrum Bascesen nauigaret, nec vela contraxisset; in nauem illam globum ingentis molis lapideum præfidiarii emisit: cuius ictu quassata ac fracta in profundum demersa est. Nauarchus & triginta alii accatio consensu in littus euadunt. quos comprehensos Turci manibus & collo catenis iniectis vincunt; & vna catena omnes vinctos Didymotichum ad principem, qui tum ibi morabatur, ducunt. His omnibus caput amputari, nauarchum adacto per anum palo necari, infepultaque eorum cadauera proiici iussit, quæ paucos post dies, illis in locis tunc agens, vidi. Didymoticho postquam abiit Adrianopolim Ianuario labente, omniaque bellica instrumenta apparauit; tormentum æneum ab illo artifice fufum probare & experiri voluit. Illud ergo machinis, ante portam maiorem vestibuli ædium, quas hoc ipso anno princeps extruxerat, ab artifice adducitur: lapis ei, puluerisque pondus perpensum immittuntur; postridieque ignem iniiciendum esse Adrianopolitanis omnibus significatur; ut, quantus futurus erat fragor ac strepitus tonitru similis, moniti, nullus eo audito, pauore ex improviso percul-

Maligne habitus a Constantino ad Mehemetem transit; mercedemque amplam ab eo accipit.

Mehemeti prægrande tormentum æneum fabricare pollicetur.

Tormentum æneum ingens fufum.

Navis Veneta demersa explosione bombardæ e castro Bascesen.

Vectores nauis & nauarchus capti & crudeliter interfecti.

fus, mutus fieret; vt etiam mulieres præ-
 gnantes partum abortu non abiicerent.
 Mane ergo accenso puluere, & intra bom-
 bardam calefacto spiritu, lapis horrendo
 cum sono emittitur: totusque aer fumo
 & caligine completur. Ad centesimum
 porro stadium fragor sonusque peruene-
 runt: lapisque ad miliare vsque vnum, a
 loco vnde emissus fuit, latus est. Vbi
 tandem cecidit, ad orgyæ vnus altitudi-
 nem in terram penetrauit: tanta vis est
 huius pulueris, quo lapides emittuntur.
 His intentus princeps noctu & interdium,
 in lecto iacens, & postquam surrexerat
 in palatio sedens, vel foras incedens an-
 xius ac sollicitus animo versabat, quomo-
 do oppugnandam Constantinopolim ag-
 grederetur, quaque arte eam expugna-
 ret. Aduentante vespera duobus adfictis
 comitibus alias equo vectus, alias pedes
 incedens, per totam Adrianopolim ha-
 bitu militari simplici sæpe ambulabat,
 qui vulgo sermones de se iactabantur,
 exploraturus. Siquis porro plebeius agni-
 tum principem salutare, fausta que pre-
 cari, vt mos est, voluisset: ille nullius
 misertus letale vulnus statim infligebat:
 & vt quibus pulicem conterendo volu-
 ptatem carpit, sic iste, morte dignus e-
 quidem, sua manu interficiendo dele-
 ctabatur. Nocte quadam, circa secun-
 dam custodiam, aliquot aulae suæ satel-
 lites, qui Halilim Bassam ad se ducerent,
 mittit. Hi domum illius veniunt, & Eu-
 nuchis mandata principis exponunt, qui
 cubiculum heri sui ingressi principem
 eum ad se accersere nunciant. Trepidans
 itaque, conclamantemque salutem suam
 putans, vxorem ac liberos complexus abi-
 it, secumque auream pateram aureis
 nummis plenam defert. Propter causam
 enim memoratam metu intra se semper
 torquebatur. Ingressus principis cubicu-
 lum videt ipsum sedentem ac vestibus
 indutum; quem cum adorasset, coram-
 que pateram apposisset, his verbis in-
 terrogatus est a principe. *Quid hoc sibi*
vult Lala? ac si quis nostro vulgari idio-
mate &c id est præceptor. ille respondit,
Domine mos est Sarrapis & proceribus, si
quando hora intempesta eorum quemquam
vocauerit princeps, nusquam vacuos ipsum
adire. Nihil equidem ex meis opibus te ad-
eundo attuli, verum tua ex tuis tibi offero.
 Respondit princeps, *tuis haud indigeo:*
plura, quam tu possides, tibi dabo: vnum a
te peto, vt in Constantinopoleos possessionem
me mittas. His verbis Halil, qui Ro-
 maos semper protexerat, & quo, velut
 manu dextra, vtebantur, eius manum
 donis etiam complentes, territus est. De
 eo quoque has voces vulgo iactabant,
 Caur Ortachi, (id est infidelium nutri-

Bombardæ il-
lius prægran-
dis vis explo-
ratur.

Mehemetes
oppugnandæ
Constantino-
poleos ratione
anxie admodum
meditatur.

Hominum de
se opiniones
explorat.

Halilem Bas-
sam ad se no-
ctu accersit.

Halil de vita
sua nocte in-
tempesta vo-
catus desperat.

Pecunia obla-
ta placare Me-
hemetem vult.
Mehemetis ad
cum verba.

Halil in Ro-
maos propen-
sus.

A ἄφρωνοι μείνωσι, καὶ γυναῖκες ἐν γαστρὶ ἔχουσαι πᾶ-
 ἔμβρυα ἀπαλέσωσι. περὶ οὖν βαλῶν πῦρ ἐν τῇ
 βοτάνῃ, καὶ ἀφροδισιακῶν τῶν πνεύματος, καὶ
 ἐκκρουσάμενης τῆς πέτρας, ἀπελύθη τῆς χωνείας
 σιμῆς βαρῆ ἀερόδρατῶ πληρωῶτι τὸν ἀέρα
 καὶ πνοῆς καὶ οὐμίχλης. ἡ δὲ βοή ἀφίκετο μέγρι σα-
 δίων ῥ' ὁ μῆκος, ὁ δὲ λίθος ἔπεσε μακρόθεν τῶ ἀ-
 φροδισιακῶ ῥ' ὡς μίλιον ἓν. ἐν δὲ ὕπῳ τὰς πεσόν-
 τι, ἐγένετο βόθρος ὅσον ὀργυῖας μίαν. Ἰσαύτη
 ἔστιν ἡ δύναμις τῆς ἀναμύτης τῆ βοτάνης τῆ ἀκρο-
 πίζουσης τὸν λίθον. ἔχων οὖν ὁ ἡγεμὼν καὶ ἐν νυκτὶ,
 καὶ ἡμέρᾳ τῆ πᾶσαν φροντίδα, καὶ μέεμναν κολο-
 μῆρος ἔ ἀνιστάμενος, ἔ ἐν τὸς τῆ αὐλῆς αὐτῆ καὶ ἐκ-
 τὸς, ποίῳ πολέμῳ, καὶ ποίᾳ μηχανῇ κατέξῃ τῆ Κων-
 σταντινούπολιν. πολλὰκις ἐσπέρας ἡρομῆνης σιμῶ
 δυοῖ, καὶ μόνοις ἱππέδων, ἐν ἄλλοις περὶ ὁ ἀπασμ
 τῆ Ἀδριανῶ ἐν γῆματι στρατιώτου μετερχόμενος
 ἀκούων πᾶ λεγόμενα περὶ αὐτῆ. εἰ γὰρ τῆ πολλὰν
 τις κατέλαβεν ἐν νύκτι ἡγεμὼν ἔστι, καὶ ἡβουλή-
 θη παροσχερῶσαι αὐτὸν σιμῶ διφρημία καὶ ὁ
 σιμῶντες, ἔ αὐτὸς αὐτῶν καλεῖται ἐδίδου τῆ πλη-
 γῶ μὴ φεδόμενος, μὴ ἐλεᾶν. ἀλλ' ὡς περὶ τις
 ψύλλαν σιωπεῖσθαι ἀγαθάνετα ἰνὸς ἡδονῆς, οὕτω
 καὶ ἔστ' οἰκεία χεῖρ φονδύων, ὁ φόνου ἀξίος, ἐδρο-
 σίξτο. μίαν οὖν τῆ νυκτῶν περὶ δούτερον φυλα-
 κῶν τείλας τῆ τῆ αὐλῆς φυλάκων ἰναὸς ἡγᾶσθαι τῆ
 Χαλὶλ Πασίαν. ἐλθόντες δὲ, ἔ ποῖς τούτου δυνά-
 χους εἰπόντες ὁ μιλύμα, ἀλλ' ἐν τῶ κριτῶνι
 εἰσελθόντες ἀπὸ τῆ γῆλας, πῶς ὁ ἡγεμὼν καλεῖ αὐ-
 τὸν. αὐτὸς δὲ σιωπῶν ἡρόμῆνος ἀπαροχρῶσαι
 ἐαυτὸν, ἔ τῆ γυναῖκα καὶ τέκνα καὶ ἀσπασάμενος
 ἀπὸ τῆ, φέρων μὲν αὐτῆ δίσκον ἐνὰ χροσσιμῶ πλήρη
 νομισμάτων χρυσῶν. εἶχε γὰρ αἰεὶ τὸν φόβον ἐν
 τῆ καρδίᾳ αὐτῆ δι' αἰτίαν πτωχῶν παροσχερῶν ἐδή-
 λωσα. εἰσελθὼν δὲ ἐν τῶ κριτῶνι τῶ ἡγεμῶνος
 ἴδε κατήμενον καὶ ἐνδεδόμενον, παροσχερῶσαι
 δὲ καὶ ἐμπροσθεν θήσας τὸν δίσκον, ὁ ἡγεμὼν εἶπε.
 τί εἶσι ταῦτα λαλᾶ; (ὡς εἶποι τις καὶ πτω-
 ἡμετέραν κρινῶ γλατῆται, πατᾶ, ἡγῶν παιδα-
 γωγῆ,) ὁ δὲ ἀπεκρίνατο. Κύριε, ἔτος ἔστι ποῖς Σα-
 τραπᾶς, ὅταν ὁ ἡγεμὼν φωνήσῃ τινα τῆ μεγα-
 νων περὶ ὄραν, μὴ εἰσέρχῃς κενὸς εἰς θεωρίαν αὐτῆ.
 ἐγὼ οὖν ἔσθ' ἐν ἐκ τῆ ἐμῆν ἔφερον εἰς θεωρίαν, ἀλλ'
 ἐκ τῆ σὴν πᾶσά παροσχερῶν. ὁ δὲ ἡγεμὼν ἀπεκρί-
 νατο, ὅτι ἐπὶ μοι χρεία τῆ σὴν, μᾶλλον καὶ ἐπὶ πλείο-
 να δωρησόμενοι, ἐν ἔστι ὁ ζητούμενος, ὁ πτωχῶ πό-
 λιν διδόναι μοι. ὁ δὲ Χαλὶλ ἔπι τῶ λόγῳ σιωπῶν
 μὸς γέρονε, ἡ γὰρ αἰεὶ ἡ παροσχερῶν ποῖς Ρωμαίοις,
 καὶ οἱ Ρωμαῖοι τῶτον ὡς δόξιαν χεῖρα ἐπέκτενον, καὶ
 τῆ δόξιαν αὐτῆ δάρις ἐπλήρην. ἡν τῆ παροσχερῶν
 ὁ ἀδόμενος, Καβέρ Ορταγῆ, ὅτι τῆ ἀπίτων ὁ σιω-

B

C

D

Ευφρος, ἢ βοηθός. τότε ἀποκριθεὶς ὁ Χαλιλὸς ἤγε-
 μόνι εἶπε κύριε, ὁ Θεὸς, ὁ δδὶς σοι εἰς χεῖρας τὸ πόλ-
 λισον μέρος τῆς γῆς τῆς Ρωμῶν, αὐτὸς σοι καὶ τὸ πόλιν
 δωρήσει. ὡς γὰρ ἐμοὶ δοκεῖ ἐκ τῆς χεῖρας σου οὐ φθί-
 ζεται καὶ σὺ Θεὸς καὶ τῶν κρατεῖ σε καὶ ἐγὼ καὶ πρῶ-
 τες οἱ δοῦλοι σου στυγαγωνισόμεθα, ὅτι ἐν πλούτῳ
 μόνον, ἀλλὰ σὺ θεὸς καὶ αἵματι, καὶ αἰεὶ τοῦτου τοῦ
 σπέμματος ἀμείμντος ἔσο. Τῶτα πρὸς ὀλίγον
 ἡμέρωσιν τὸ ἀρχεὶον ἤγαγε καὶ λέγει ὁ Χαλιλ, βλέ-
 πεις τὸ πρῶτον φάλαγον, τὸ πᾶσιν νύκτα διεβίβα-
 σα ἔλκων ἀπὸ τῆς μίας γωνίας τῆς κριτῶνος εἰς τὴν ἄλ-
 λην, καὶ ἀπὸ τῆς ἄλλης εἰς τὴν ἑτέραν, αἰακλινόμοδος ἔ-
 ἔξερχόμενος, καὶ ὑπνος τοῖς ὀφθαλμοῖς μου ὅτι
 ἐργάμενος λέγει οὖν ἀργύριον ἢ χρυσίον μή σε δε-
 λεάζων ἀπορίψῃ τῆς ἀποκρίσεως, ἥς ἀπεκρίνω
 μοι νῦν. ἀλλὰ σαθηρῶς ἀνταγωνισόμεθα τοῖς Ρω-
 μῶσι, καὶ παρράντες Θεοῦ τῆς νύκτος, καὶ τῆς δύχης τῆς
 πρῶτης πλὴν πόλιν ληψόμεθα. σὺ τοῦτοις οὖν
 καὶ ἑτέροις κρακευτήκεις λόγους, ἐχούσας ἐν τῶ μέ-
 σω τῆς κρακευτῆς καὶ τῆς καρδίας σου φούσας, καὶ τὸ αἷμα
 ξηραίνουσας δακνῶδες μνήμας, ἀπέλυσεν, εἰπὼν
 ὑπάγε ἐν εἰρήνῃ. τὰς πάσας οὖν νύκτας ἐκείνας ἐκ
 ἔλιπε ἀφ' οὐκ ἐκτεροῦν ἐς μεριμνῶν τὰ κατὰ τῆς πό-
 λεως, λαμβάνων ἐν χερσὶ χεῖρας καὶ μέλανα, καὶ
 σκιαγράφων τὸ πρῶτον τῆς πόλεως, καὶ δεικνύων τοῖς
 ὀπίσθησι τῆς ἐπάλλξεων, ποδὲς τῶν μέλλοισι θεῖναι
 τὰς σιδυὰς τῆς πρῶτης, ἐς τὰς ἐπάλλξας καὶ τὰς κα-
 πορυγὰς, καὶ τὸ ἀφ' οὗ τῆς εἰσοδῶν, ἐς τὰς κλίμακας ἐν
 ποίῳ τείχεϊ καὶ ἀπλάς εἰπεῖν τῆς πᾶσιν πρῶτον σιδυῶν
 ἀπεικόνιζε ἀφ' ἧς νυκτὸς, καὶ τὸ πρῶτον κελύων
 ἐγὼν πρῶτα, σοχαστικῶς καὶ πρῶτον ἄργως ὅτι μελῶν.

A tius & auxiliator.) Respondit principi hunc in modum Halil : Domine, Deus, qui maximam partem ditionis Romeorum Imperio tuo subiecit, urbem etiam tibi tradet. Vt enim mihi videtur, Dei ope viribusque, quibus polles, admotis, manus tuas non effugiet. Ego omnesque serui tui, collatis non solum pecuniis, sed & sanguine nostro profuso, certatim operam nostram tibi navabimus : de hoc proposito nostro certus sis ac securus. Hæc ad tempus ferum illum ac immitem placaverunt ; qui Halili dixit, hoc cervical conspicis, totam noctem transegi illud ab una sponda in aliam versando : recumbens ac vigilans, somnum oculis non cepi. Hoc te moneo, auro & argento te corrumpi haud patiaris, & proposito tuo ne dimouearis. Firmiter constantique animo cum Romanis pugnemus ; Dei decreto, ac Prophetæ precibus confisi urbem occupabimus. His similibusque verbis blandis usus, curis illum, quibus memor fibique multorum conscius animus angebatur, sanguisque adurebatur, pacifice dimissum soluit. Cuncta contra urbem machinatus ac molitus, omnes noctes illas infomnes egit. In charta etiam situm ambitumque urbis delineabat, & cum iis communicebat, qui propugnaculorum mœniumque urbis statum nouerant. Consiliaque agitabat, ubi & quomodo machinæ admouendæ, plutei pangendi, vineæ agenda, & qua cuniculi, ut in fossam perueniretur, ducendi essent, qua tandem ad subeundum murum scalæ admouendæ : & ut verbo dicam, omnem apparatus noctu excogitatum & delineatum, mane fabrefieri & perfici curabat.

Halilisd Mehemetem responso.

Halil cum beneuolis verbis dimissus a Mehemete.

Mehemetes totus in definienda Constantinopoleos obsidione.

CAPVT XXXVI.

Constantinus Imp. auxilia petit a Papa, unionisque Ecclesiarum opus absolui. Isidorus Cardinalis a Papa Constantinopolim mittitur. Græci civili discordia laborant ob unionis reconciliationem, paucis eam amplectentibus, maxima parte eam, Gennadio authore, abhorrente. Liturgia in S. Sophia templum celebratur ab Henoticis, cui Cardinalis Isidorus interfuit. Græcorum sublesta fides. Constantinus cibaria in urbem comportari curat.

ΟΙ δὲ τῆς πόλεως, ἔλθων δὴ καὶ ἐπ' αὐ-
 τῶν, καὶ ἰδὼν τις ἢ φερόντις αὐτῶν, καὶ
 μέμνη τῆς ἀφ' οὐκ ἐκτεροῦν τῶν πόλιν ἐκ χε-
 ρῶν τῆς Ναβουχοδονόσορος. ὁ βασιλεὺς ἰὼν τεί-
 λας ἐν Ρώμῃ πρῶτον, ἀπὸν βοήθησιν, καὶ
 ὅπως στυγαγωνίῃ τῆς ὁμοιοῖα, καὶ ἐνώσθ τῆς γε-
 γνησῆς ἐν Φλωρεντία. καὶ ἀφ' ἧς τὸ μνημόσυ-
 νον ὁ Πάπας ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. καὶ
 ὁ Πατριάρχης Γρηγόριος ἐπαμειβόμενος ἐν
 τῶν δεξιῶν αὐτῶν. καὶ μετεκλείτο ἕνας ἀφί-
 Δισκ. Hist. Byz.

VERVM in urbem Constantinopolim redeamus, & quid animo voluebant Constantinopolitani, quamque curam & sollicitudinem adhibuere, ut Nabuchodonosoris manibus ereptam seruerent, perpendamus. Imperator suppliciter rogatum Romam iam antea miserat : ut etiam concordia Florentiæ reconciliata stabiliretur : inque magnæ Ecclesiæ liturgiis Papæ nomen e sacris diptychis recitaretur ; ad thronum etiam suum Patriarcha Gregorius rediret : hortantibus etiam

Imp. Constantinus a Papa auxilia petit. & ut reconciliata Florentiæ concordia stabiliretur.

Gregorius Patriarcha,

Ifidorus Cardinalis a Papa mittitur Constantinopol.

Ifidorus Cardinalis Constantinopolim accessit anno 1452. mense Nouembri. Discordia inter Græcos.

Clerici unione auerfantur.

Simulatio Græcorum, ipsius etiam Imperatoris.

Confusio ac discidium inter Græcos.

Gennadius ab unione dehortatur scripto.

1462.
In Lesbum
mouet, & eam
repetit.

Nicolaus Ga-
telufus fratrem
suum Domi-
nicum stran-
gular.

In insulâ tra-
licit Mehe-
metes, & ad dedi-
tionem com-
pellat.

Mitylene op-
pugnata.

C H R O N I C O N

B R E V E,

Ex Bibliotheca Regia manuscripto Libro.

<i>Anni orbis cond.</i>	<i>Anni Chri- sti.</i>	
6597	1089	A RGOS Metropolis facta. Iohannes, qui ei Ecclesiæ tunc præerat, ad Metropolitanæ dignitatem prouectus est, octogesimumque thronum seu locum obtinuit, qui ad centesimum septimum deinde depressus est.
6695	1187	Sanctum Domini sepulchrum occupauerunt Saraceni.
6711	1203	Franci Constantinopolim occupauerunt.
6768	1260	Dominus Andronicus Palæologus Constantinopolim, expulsis Francis cepit.
6856	1348	Magna pestilentia grassata est.
6857	1349	Despota Cantacuzenus in Moream profectus est.
6880	1372	Secunda pestilentia.
6882	1374	Tertia pestilentia.
6888	1380	Festo Paschatis Despota Cantacuzenus e vita migravit.
6896	1388	Quarta pestilentia. Despota Palæologus Porphyrogenitus in Moream accessit. Branezis in Moream venit, eamque per totum circuitum peragratus est.
6897	1389	Illustrissima Dominatio nostra (id est, Respublica Veneta) Nauplium occupauit.
6899	1391	Quinta pestilentia. Eodem anno Lacedæmonem venit Branezis, & in urbem Leontarim; cum principe iunctus, Acuum copias ambo duxerunt, eamque Dominica Tyrophagiæ, seu esus caseorum, id est, Quinquagesimæ, ceperunt. Eodem anno Demetrius Raoul cum exercitu ex Leontariis & Albanitis collecto Iunii die iv. Principem oppressit, & mense Decembri proditus est.
6902	1394	Moreæ Despota fœdera pactus est cum Dominis Venetis, iisque Argos & Thermisum concessit: qui ei vicissim Megra & Mylopotami turrim donauerunt.
6905	1397	Iacupes Bassa, & Murtasis cum exercitu sexaginta millium Turcorum Iunii die 2. Sabbato Argos venerunt. Postridie Dominica urbem ceperunt, incolasque mancipia ceperunt. Eiusdemque mensis 21. Leontarim venerunt, eamque expugnarunt. Eodem tempore Ducas Epicernus Nauplii agebat.
6907	1399	Sexta pestilentia.
6912	1404	Idem Despota Porphyrogenitus Corinthum, eiusque regionem a Rhodiæ militiæ equitibus recepit Iunii mensis xiv.
6915	1407	Despota Porphyrogenitus obiit.
6918	1410	Septima pestilentia. Mortem obiit Dominus Manuel magnus Dux.
6923	1415	Dominus Imperator Manuel Palæologus in Moream venit, & Hexamilium mense Maio refecit. Martii die xxx. magno Sabbato Moreæ Principes subegit.
6926	1418	Octaua pestilentia. Eodem anno Anauarezi Tabiam venerunt.
6929	1420	Decembris xvii. freia iv. immanis ac horrenda procella Nauplii orta est; vis imbrium tonitruum & fulgetris continuis immixta Sancti Andreæ Nartica deiecit. Templi valuæ & sepulchra aperta fuerunt; campana cecidit: in parietibus & portis vestigia gladio impactorum ictuum apparuerunt.

ΧΡΟΝΙΚΟΝ

ΣΥΝΤΟΜΟΝ.

Τὸ Ἄργος γέρονε μητρὸπολις ἐν ἔτει ςφζζ'. Ἰωάννης ὁ ἀναβιβαθεὶς Μητρὸπολίτης εἰς πη' θρόνον. γέρονε δὲ ὑπερὸν εἰς ρζ'.

Ἐποῖς ςχζε'. πρῆλαβον οἱ Σαρακίνοι τὸν ἄγιον Ἐφῶν τῷ δεσπότη Χριστοῦ ἀπέ'.

Ἐποῖς ςψια' πρῆλαβον οἱ Φράγγοι τὴν Κωνσταντίνου πόλιν.

Ἐποῖς ςψξη'. πρῆλαβεν τὴν Κωνσταντίνου πόλιν ἀπὸ τοῦ Φράγγου Κύριος Ἀνδρόνικος Παλαμολόγος.

Τῷ ςωνε' ἐγένονεν ὁ μέγας θανατικόν.

Τῷ ςωνζ' ἦλθεν εἰς τὸν Μωραῖαν ὁ δεσπότης ὁ Καντακουζηνός.

Τῷ ςωπ' ἐγένονεν ὁ δεύτερον θανατικόν.

Τῷ ςωπβ' ἐγένετο ὁ τρίτον θανατικόν.

Τῷ ςωπη' ἐγένονεν κύριον πάρα, ἀπέθανεν καὶ ὁ δεσπότης ὁ Καντακουζηνός.

Τῷ ςωζε' ἐγένονεν ὁ τέταρτον θανατικόν.

ἦλθεν ὁ δεσπότης ὁ Παλαμολόγος ὁ Πορφυρογληνῆτης εἰς τὸν Μωραῖαν.

ἦλθεν ὁ Βρανεζης θελήματι τῷ δεσπότη, καὶ ἐγένετο τὸν Μωραῖαν.

Ἐποῖς ςωζζ' ἐπρῆλαβεν ἡ ἐκλαμωρωπάτη ἡμῶν Ἀφεντία ὁ Ἀναύπλι.

Τῷ ςωθ' ἔπει ἐγένονεν ὁ πέμπτον θανατικόν.

Τῷ αὐτῷ ἔπει ἦλθεν ὁ Βρανεζης εἰς τὴν Λακεδαίμονα, καὶ ὅτε εἰς τὸ Λέοντος, ἔβωθη μὲν τῷ Περίκιπος, καὶ ἀπήγασιν καὶ ἐσείραν τὴν κυριακὴν τῆς Τυελῆς.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔπει ἐκατέβηκεν κύριος Δημήτριος ὁ Ράλλ μετ' ἑοσάτον τῷ Λέοντος, ἔβωθη Ἀλβανιῶν, καὶ ὅπτασεν τὸν Περίκιπα, μὲν Ἰουνίω δ'. ἔβωθη Δεκεμβεῖω μὲν ἠρραβία.

Εἰς τὴν αὐτῷ ἐσυμφώνησεν ὁ δεσπότης τῷ Μωραίου μετ' ἑοσάτου ἀφεντιάμας. καὶ ἔδωκε ὁ δεσπότης τῆς ἀφεντιάμας τὸ Ἄργος ἔβωθη ὁ Θερμίσων. καὶ ἡ ἀφεντιάμας ἔδωκε τῷ δεσπότη τὴν Μέγαρα, ἔβωθη τὸν πύργον τῷ Μυλοποτάμου.

Τῷ ςθε' ἔπει ἦλθεν ὁ Γιαρμπασαῖ, ἔβωθη ὁ Μουρτάσης μετ' ἑοσάτον τὸ Τουρκικόν χιλιάδες ζ' μὲν Ἰουνίω β'. εἰς τὸ Ἄργος ἡμέρα σαββάτου, καὶ τῇ κυριακῇ ὥρα β'. ἀπείσαν αὐτὸ, καὶ ἠχμαλώτισαν τὸν λαόν. καὶ τῇ κα'. τῷ αὐτῷ μὲν ἦλθον εἰς τὸ Λέοντος καὶ ἐπολέμισαν. καὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν διέβη εἰς τὸ Ἀναύπλι Δούκας ὁ Ἐπικερνός.

Τῷ ςθζ' ἐγένονεν ὁ ἕκτον θανατικόν.

Τῷ ςθβ' πρῆλαβεν ὁ δεσπότης Πορφυρογληνῆτης τὴν Κόρινθον, καὶ τὴν κατελλανίαν αὐτῆς, ἀπὸ τοῦ Φρελίου Ρόδου μὲν Ἰουνίου ιδ'.

Τῷ ςθιε' ἔπει ἀπέθανεν ὁ δεσπότης ὁ Πορφυρογληνῆτης.

Τῷ ςθιη' ἔπει ἐγένονεν ὁ ἕβδομον θανατικόν. Τῷ αὐτῷ ἔπει ἀπέθανε κύριος Μανουὴλ ὁ μέγας Δούκας.

Τῷ ςθκγ' ἔπει ἦλθεν κύριος Μανουὴλ ὁ βασιλεὺς ὁ Παλαμολόγος καὶ ἐκτίσεν τὸ ἕξαμίλιον μὲν Μαίω, καὶ μὲν Μαρτίω λ' ἡμέρα τῷ μεγάλου σαββάτου ὅπτασεν τοὺς ἔχοντας τῷ Μωραίως.

Τῷ ςθκε' γέρονεν ὁ ὄγδον θανατικόν.

Τῷ αὐτῷ ἔπει ἦλθον ἔβωθη οἱ Ἀναβαρεῖοι εἰς τὴν Ταβίαν.

Τῷ ςθκθ' ἡμέρα δ' Δεκεμβεῖω ιζ'. ἐγένετο χιμῶν φοβερὸς, πληθὺς βροχῆς, καὶ σιωχὴ βροχῶν, καὶ ἀτραπῶν ἐν τῷ Ἀναύπλι καὶ ἐγάλασε ὁ Νάρθηκας τῷ ἁγίου Ἀνδρέως, καὶ ἠεώθησαν αἱ πύλαι τῆς ἐκκλησίας, ἔβωθη μνημεῖα ἠεώθησαν, καὶ ἡ καμπύρα ἔπεσεν, καὶ σημεῖα ἐγένοντο εἰς τοὺς τοίχους, ἔβωθη τῷ πύλας ὡς ἀπὸ ζίφους.

Τῷ ς' τοῦ κθ' ἔτει νεμήσθ' ιδ' Ιανουαρίου κα' ἡμέρα γ'. Σιγριωτοναῖος Ἐπίσκοπος Λατίνων μετε-
κίμωσε τὰ ἕμιμα λείψανα τῶ ὁσιοτάτου Γέτρου Ἐπισκόπου Ναυπλίου καὶ Ἀργεῖς, ἀπὸ τῶ
Ἀργεῖς εἰς τὴν Ἐπισκοπὴν τῆς Ναυπλίου. Φάσι δὲ οἱ ἐκεῖσε θύροντες, ὅτι ὁ τὸν ἰωοῖξαν τὸν
ἀγιον ἄφρον ἐκείνον ἐγύμετο σφραγὸς ἐν ταῖς ἴσπαι. καὶ δὲ ἤλθεν βύοδία πλείστη, καὶ ἐπλήρωσε τὸν
χωρὸν, καὶ τὸν ἀέρα. καὶ ὁ ἄφρον πεπληρωμένος φωτός, καὶ τὰ ἕμιμα λείψανα σεμνῶς κει-
κείμωνα, ἀ καὶ λαβόμενοι ἕνές τῶ πικρῶν ἐγίνοντο πλείστη ἰάσθς.

Τῷ ς' τοῦ λ' ἔτει τῆ δούτερῃ τῆς Δεκεμβρίου, ἐγένετο ὁ μέγας σεισμός, καὶ δὴ τῶς ἤρξαντο εἰς
τὸν Μωραῖον ἀπορροῦν λυμάνεσθαι ὁ θανατικόν.

Τῷ ς' τοῦ λα' Μαΐου κθ' ἤλθεν Τοῦρκος ὁ Τουραχάνης μὲν Φοσσάτου εἰς ὁ Ἐξαμίλιον, καὶ ἐπῆρ-
αὐτὸ, καὶ ἐχάλασεν το. εἶτα ἤλθεν εἰς τὴν Λακεδαίμονίαν, εἶτα εἰς ὁ Λεόντως, εἶτα εἰς ὁ Γαρ-
δικόν, εἶτα εἰς τὴν Ταβίαν. καὶ ἐκεῖ ἐκράσαντο τοὺς Ἀλβανίτας Ἰουνίου ε'.

Τῷ ς' τοῦ λη' ἐπῆρσαν οἱ Μουσουλμανοὶ τὴν Θεσσαλονίκην.

Τῷ ς' τοῦ λθ' ἔτει γένηται ὁ ἐννάτον θανατικόν.

Τῷ ς' τοῦ μζ' ἔτει γένηται ἡ λεγομένη ἡ σεισμός ἡ ἐν Φλωρεντία.

Τῷ ς' τοῦ νβ' ἔτει νεμήσθ' ζ' Δεκεμβρίου κ'. ἤλθεν ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως κύριος Κωνσταντῖνος
δεσπότης ὁ Παλαμολόγος, καὶ πρῶτος ἐλθεῖν τὴν αὐθεντίαν τῶ Μωραῖος. ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ κύ-
ριος Θεόδωρος ὁ Πορφυρογέννητος, ὁ δεσπότης Μωραῖος ἀπῆλθεν εἰς τὴν Κωνσταντῖνου πόλιν,
ἵνα γένηται βασιλεὺς. καὶ ἀπέτυχεν τῶ σκοποῦ, ἐβασίλευσε γὰρ κύριος Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ.

Τῷ ς' τοῦ νδ' ἔτει μὴν Μαρίῳ ἐκτίσθη ὁ Ἐξαμίλιον κύριος Κωνσταντῖνος Παλαμολόγος ὁ δεσπότης
Μωραῖου, ἐπρῶτος ἐλθεῖν δὲ ὁ αὐτὸς τὰς Θήβας τὰς ἐπιτύλας, καὶ ἐκούρβουσε μέρη Λιβα-
δείας, καὶ Ζηπουνίου, καὶ τῶ τόπου τῶ Ἀγραφῶν.

Τῷ ς' τοῦ νε' νεμήσεως ι'. ἤλθεν εἰς τὴν Κόρινθον ὁ ἀγιωτάτος Μητροπολίτης κύριος Μαλαχίας,
μὲν τὴν κρίμωσιν τῶ ἀγιωτάτου Μάρκου.

Τῷ ς' τοῦ νε' ἔτει τῶ κόσμου τῆς δὲ τῆς Ἐκείνης ἀμῆς Δεκεμβρίου γ' ἡμέρα σαββάθου,
ἤλθεν μὲν Φοσσάτου α, ζ' Τοῦρκος Ἀμμερῆς Ἀχματῆς ὁ Ἀμμερῆς εἰς ὁ Ἐξαμίλιον Κο-
ρίνθιον. καὶ τῆ ἄλλῃ ἐρχομένη τῶ κ' ἐσπέρη ἤρξαντο τῶ πολέμου. καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς
ἡμαρῆς ἰχυρῆς τῆς μάχης, τὰ περὶ ἄφθον ὁ τεῖχος τῶ ἔπιβούλων, καὶ ἐπράπι-
σθη εἰς φυγὴν οἱ Ρωμῆοι, καὶ ἐστέθησαν οἱ Τοῦρκοι, καὶ ἐδωκοναὶ τοὺς, καὶ οὐ μὴν ἀνδ-
λων, οὐ δὲ ἡχμαλώπισθη καὶ ἔτησαν ἀπειρα πλήρη, καὶ ἄρματα, καὶ ζῶα, καὶ χεῖ-
ματα. εἶτα ἀπῆραν εἰς τὰ βασιλικὰ, εἶτα εἰς τὴν Βότζητζαν, καὶ ἐπέστησαν αὐ-
τῶ, καὶ ἡχμαλώτισθη ὁμοίως. καὶ εἰς τὴν Γάτραν, χωρὶς τὸν Κουλά, ἐστὶ δὲ καὶ τὰ
περὶ τῶτων. καὶ ἐγένετο ἡ ἀχμαλωσία πολλὴ σφοδρὰ, καὶ οὕτως ἐγράφηκεν.

Τῷ ς' τοῦ νθ' ἔτει ἐτελεύτησε ὁ Ἀμμερῆς ὁ Ἀμμερῆς, καὶ ἐλάβεν τὴν ἀφεντίαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ
Τζαλαπῆς, καὶ τῶ τζαλαβῶν τὴν ἄρχην ἐκτίσθη ὁ νεόκαιρον, καὶ ἤρξατο ζητεῖν τὴν
Κωνσταντῖνου πόλιν. ἀφλύσας δὲ τὴν εἰρήνην συνήθεσε πλῆθος ἀπειρον, καὶ γρα-
τὸν σιμάξας, ἀφ' τε ξηρῆς, καὶ θαλάσσης. πρῶτος εἶσε τὴν πόλιν ἐν συγκλήσει. ἤρξα-
το πολεμεῖν αὐτῶ, μηχανήματα δὲ πολλὰ κεικασκιδάσας, καὶ σιμάξιν συγκροτήσας πε-
ζῶν, καὶ ἰππέων, καὶ τὴν θαλάσσην τῶ λιμῆος πληρώσας πλοίων, συγκροτεῖ πόλεμον
ἐξ ἀμφοτέρων τῶ μερῶν. καὶ πρῶτος ἐλθεῖν αὐτῶ μὴν Μαρίῳ κθ'. ἄρα γ' τῶ ς' τοῦ ξα'
ἔτει νεμήσεως α',

Τῷ ς' τοῦ ξδ' ἔτει μ' δ'. μὴν Μαρίῳ κθ'. ἐφαίνετο ἀστὴρ ἐν ταῖς οὐρανῶ ἀγατέλων, ἐκβλύζων
ὡσπερ καπνὸν εἰς μήκος ὅτι πολλὰς ἡμέρας.

Τῷ ς' τοῦ ξδ' ἔτει νεμήσθ' δ' μὴν Ἰουνίου πρῶτος εἶσε τὰς χείρας τῶ Μουσουλμανῶν ἡ πόλις τῶ
Αθηνῶν.

Τῷ ς' τοῦ ξδ' ἔτει νεμήσθ' δ' ἐγύμετο λείψις καὶ ὑτέριστις πύτων καρπῶν, καὶ ἡσθιον ὁ λαὸς ἐν τῶ
λιμῶ βοτάνης, χλωσῆς, ῥίζας, γυλάρτας, ἀκρόδρυα. ἤφερε δὲ ὁ πεινάλιτρον ὁ σίτος ἄφθ'
λ'. καὶ οὐχ ἐλείπετο.

<i>Anni orbis cond.</i>	<i>Anni Christi.</i>	<i>CHRONICON BREVE.</i>
6929	1421	Indictione XIV. Ianuarii 21. feria 3. Siguntonanis Latinorum Episcopus, sanctissimi Petri Nauplii & Argorum Episcopi pretiosas reliquias ab vrbe Argis Nauplium, quæ Episcopalis sedes est, transtulit. Qui tum illic præsentibus adfuerunt, asseruerunt terram, cum sanctum monumentum illud apertum fuit, motu concussam fuisse. Odor etiam suavis admodum dimanauit, locum illum & totum aërem compleuit: & monumentum luminibus splendere visum est. Pretiosæ reliquiæ in honesto & venerando loco depositæ sunt; quarum particulas cum fideles aliquot accepissent, plurimi illis sanati sunt.
6930	1422	Feria 2. hebdomadis Diacænesimæ, id est, postridie Paschatis, magnus terræ motus contigit: statimque per Moream pestis grassari passim cœpit.
6931	1423	Maii 22. Turachanes Turcorum Dux cum exercitu ad Hexamilium profectus, expugnatumque deiecit. Inde Lacedæmonem profectus est, deinceps Leontopolim, Gardicum & Tauiam, vbi Iunii die v. Albanitarum copias cecidit.
6938	1430	Musulmani Thessalonicam occupauerunt.
6939	1431	Nona pestilentia.
6947	1439	Synodus octaua Florentiæ celebrata.
6952	1443	Indictione VII. Decembris XX. Dominus Constantinus Despota Palæologus Constantinopoli in Moream venit, cuius dominium adeptus est. Dominus vero frater ipsius Theodorus Porphyrogenitus Moreæ Despota Constantinopolim, vt Imperator renunciaretur, profectus, voti compos factus non est: ipsius enim frater Dominus Ioannes regnauit.
6952	1444	Mense Martio Dominus Constantinus Palæologus Moreæ Despota Hexamilium refecit, Thebas heptapylas, id est, septem portas habentes, occupauit: Libadiam, Zetunium & Agraphorum agrum vsque excurrit.
6955	1446	Indictione X. Sanctissimus Metropolita Dominus Malachias, post obitum sanctissimi Marci, Corinthum venit. Decembris die III. Sabbato, Turcus Amiras Ahmetes Amoras ad Hexamilium Corinthum secum ducto sexaginta millium militum exercitu profectus est. Postridie sub vesperam oppugnare cœpit: cumque tota nocte non cessasset valide vehementerque pugnare, apperente die in murum subierunt obfessores. Tum Romæis in fugam effusis, intrauerunt Turci, & fugientium tergo instantes, alios occiderunt; alios, quorum ingens multitudo fuit, captiuos ceperunt, currusque, animalia & omnia impedimenta. Inde Basilica abierunt, & deinceps Bozizam, quam in seruitutem incolis abductis, incenderunt. Patras etiam, agrosque circumiectos, & præter Culam, castra occupauerunt. quamplurimos secum abducentes captiuos reuersi sunt.
6959	1451	Amiras Amoras obiit, Imperiique habenas suscepit filius eius Celebis: qui Imperium adeptus Neocastrum extruxit: cepitque Constantinopoleos subigendæ rationes inire. Pace itaque violata, multitudinem infinitam contraxit: conscriptoque exercitu, terra marique urbem per ambitum obsidione cinxit. Oppugnationem deinde multis machinis admotis cœpit. acie itaque peditum ac equitum instructa, portuque nauigiis occupato, ab vtraque parte expugnare aggreditur: tandemque Maii 29. hora III. anno 6961. Indict. I. vrbe potitur.
6961	1453	
6964	1456	Indictione IV. Maii 29. Cometa in cælo apparuit, qui per multos dies velut fumum protensum emittebat. Mense Iunio Athenæ in Turcorum potestatem deueniunt. Frugum omnium penuria laboratum: plebs vrgente fame herbarum, graminum, radices, acinos, glandesque vescebatur. Panis qui vix reperiebatur, libræ quinque pluris nummis triginta vānierunt.

<i>Anni orbis cond.</i>	<i>Anni Chri- sti.</i>	<i>CHRONICON BREVE.</i>
6966	1458	Mense Maio Amiras Mehemetes Celebi cum exercitu sexaginta millium militum Moream ingressus Patras & Muchlin cepit. Augusti deinde 6. die Corinthum occupavit.
6968	1460	Amiras ipse in Moream iterum mouit, Mesithram cepit; Dominumque Demetrium Despotam cum Regina eius vxore & filia captum Maii die 30. Indictione VII. Constantinopolim in Saraium transtulit.
6971	1463	Aprilis mensis die 3. Dominica Palmarum Argiui regionem suam Turcis dederunt, & Iulii die 25. feria I. Turci eos cum vxoribus & liberis Argis Constantinopolim transportarunt, habitationemque eis adsignarunt. Augusti die 5. Veneti Argos ceperunt.
6972	1464	Veneta Respublica terra marique exercitum peditum equitumque, nauesq; plurimas Nauplii contraxit. dieque Septembris I. ad Hexamilium exercitus accessit, quod in partibus mediterraneis ædificari cœptum. Corinthus deinde oppugnata est: orta que in exercitu discordia ac dissentione ab incepto cessatum.
6975	1467	Mense Martio Argos accessit Abar-begus, multosque operarios ac artifices secum adduxit: Argis turrim extruxit, impositoque præsidio eam firmavit.
6978	1470	Indictione VIII. in Euripum, secum ducto ingenti exercitu pedestrium ac equestrium copiarum, classeque trecentarum maiorum minorumque nauium, Amiras mouit. Multisque admotis machinis noctu atque interdium, a Iunii die 12. oppugnauit. Iulii tandem die 12. feria V. VI. valida ac vehementi expugnatam, edita magna strage cepit. Ingens cæforum numerus ab vtraque parte fuit. hocque pacto totam insulam (Euboeam) subegit.
6985	1477	Iunii die 17. cum Turco Excellissima Respublica nostra Veneta pacem composuit.
7007	1499	Respublica nostra (Veneta) cum Turcis, qui eodem anno Naupaetum occuparunt, bellum gessit.
7008	1500	Turci Mothocoronem occuparunt.
7011	1503	Veneti cum Turco pacem inierunt.
7020	1512	Amiras Baiazites obiit, Imperium regendum filius ipsius ac successor (Selimes I.) suscepit. Eodemque anno cum fratre suo Ahmete bellum gessit, doloque oppressum, & a Magnatibus proditum arcus chorda strangulari iussit.
7021	1513	Ahmetis liberos binos oppressit & interfecit. Eodemque fratrem suum alterum Corcutem morte affecit.
7022	1514	Aprilis die 16. Zacynthus insula ingenti terræ motu quassata est; ita vt domus plurimæ corruerint in superiori castro, & inferioris pars collapsa sit, istaque ruina multi homines obruti perierunt. Ingentem exercitum conscripsit Selimes, copiis equestribus ac pedestribus ducentis millibus militum collectis. In Persiam contra Sophinum mouit. Augusti mensis 29. hora noctis secunda, castra Sophini adortus est. Repulit eum Sophinus, cædemque ac stragem, occisis supra centum mille Turcis, edidit. Selimes clade affectus reuertitur. Taurisium seu Tabrisium Regiam Persarum sedem Sophinus deinde recepit, omniaque oppida, quæ Selimes occupauerat.
7025	1517	Sultanus Selimes Cairum cepit, totamque Sultani Ægypti domitam ditionem subegit. Sultanum victum captumque acerba morte affecit. Sultanus Barac, id est, Rex Benedictus ille appellabatur.
7029	1520	Septembris die 26. postquam annos IX. regnasset impius Amiras, Sultanus Selimes obiit: vir generosus, temperans, & iudex æquus. Christianos valde, præcipue vero Christi Ecclesiam dilexit. Imperante ipso multa Christianorum templa condita sunt. Integram libertatem antiqua templa diruta reficiendi concessit. Dixitque vt omnes Deo consecratæ ædes ornarentur; præter antiquas igitur nouæ multæ a fundamentis constructæ sunt.

Τῷ 570ξς' μιλί Μαίω ἦλθεν ὁ Ἀμηράς ὁ Μεχέμετ Τζαλαπίης μὲν Φοσάτου α., ἕως εἰς τὸν Μωραίαν, καὶ πῦρ ἔλαβεν τὸ Πάτρας ὁ Μουχλίν, καὶ Αὐγούσου εἰς τὰς 57' πῦρ ἔλαβεν τὸ Κόρινθον.

Τῷ 570ξη' ἔπει ἦλθεν ὁ αὐτὸς Ἀμηράς ὁ δδύτερον εἰς τὸν Μωραίαν, καὶ ἐπαρέλαβε τὸν Μεζηδραν, καὶ ἐπῆρε τὸν κύριον Δημήτριον τὸν Δεσπότην σὺν τῆς βασιλείας, καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτῆς. τὸ ὅποιον ἐπέειρεν εἰς τὸ Σαραϊ μιλί Μαίω λ' νεμέσεξ'.

Τῷ 570α' ἔπει μιλί Ἀπειλίω γ'. ἡμέρα κυριακῆ τῷ Βαίω ἐπῆρδωσαν οἱ Ἀργεῖοι πλὴν χῶρον τῶ Ἀργεῖ εἰς τὰς χείρας τῷ Τούρκων. καὶ τῆ κε' τῶ Ιουλίου μιλίως, ἡμέρα β'. ὄξοικησάν αὐτοῖς οἱ Τούρκοι ἀπὸ τῶ Ἀργεῖ, καὶ ὄξοικησάν αὐτοῖς, σὺν γυναιξίν, καὶ τέκνοις εἰς πλὴν Κωνσταντινούπολιν. καὶ τῆ πέμπτη τῶ Αὐγούσου πῦρ ἔλαβον οἱ Βενετικὸι τὸ αὐτὸ Ἀργεῖ.

Τῷ 570β' ἔπει σὺν ἡθροισεν ἡ Αὐθεντία τῷ Βενετικῷ γρατὸν Διφ' Ἰηραῖς, καὶ θαλάσσης, ἰππέων, καὶ πεζῶν, καὶ πλοίων πλείων εἰς τὸ Ἀναύπλι. ἔ τῆ περσῆ τῶ Σεπτεμβρίου, ἀπῆλθεν εἰς τὸ Ἐξαμίλιον καὶ ἤρξαντο κήζην, καὶ τειχεῖν αὐτὸ Ἰηρέμβολον καὶ ἐπολέμιζον, καὶ πλὴν Κόρινθον. καὶ γυαμδύης ἐειδὸς Διφ' μέσων αὐτῶν διελύθη ἡ σὺν αἰξίς.

Τῷ 570ε' ἔπει μιλί Μαρτίω ἦλθεν ὁ Ἀμπάρ-Μπεκις μὲν πλείσων λαῶν, καὶ τεχνιτῶν, καὶ ἐκτίσεν τὸν πύργον τῶ Ἀργεῖ, καὶ ἔβαλεν φύλαξιν, καὶ ἐκεράτησεν αὐτό.

Τῷ 570η' ἔπει νεμέσεος η'. ἦλθεν ὁ Ἀμηράς σὺν γρατῶν πλείσων ἰππέων ἔ πεζῶν, ἔ πλοίων Διφ' θαλάσσης τριακασίων ξ' μικρῶν, καὶ μεγάλων εἰς πλὴν Εὐρειπον. ἔ ἐπολέμιζεν αὐτῶ ἡμέρας, καὶ νυκτῶ μὲν μηδρημάτων πολλῶν ἀπὸ Ιουνίου β'. ἕως Ιουλίου β'. ἔ τῆ β' Ιουλίου ἡμέρα πέμπτη ἐπαρέλαβεν αὐτῶ ὁ αὐτὸς Ἀμηράς ὁ Μεεμέτης Τζαλαπίης μὲν αἱματοχυσίας πολλῆς καὶ μαχῆς ἰσχυρῆς. ἀπέθανεν δὲ πλῆθος ἀπειρον ἀμφοτέρωθεν. καὶ οὕτως ἐπαρέλαβεν, καὶ πλὴν κηθόλου νήσον.

Εἰς τὰ αὐοξ' Ιουνίου β'. ἐποίησεν ἡ πρηνυψηλοτάτη ἡμῶν αὐθεντία τῷ Βενετικῶν ἀγάπην μετὸν Τούρκων.

Εἰς τὰ αὐ4θ' ἐποίησεν ἀμάχην ἡ αὐθεντία ἡμῶν μετὸν Τούρκων, καὶ τῶ αὐτῶ ἔπει ἐσπεῖρεν ὁ Τούρκος τὸν Ναύπακτον.

Εἰς τὰ αφ' ἔτη ἐπῆρεν πλὴν Μοδοκροβίω.

Εἰς τὰ αφγ' ἐποίησεν πλὴν ἀγάπην μετὸν Τούρκων.

Τῷ ζα' ἔπει ἀπέθανεν ὁ Ἀμηράς ὁ Παγιζήτης, ἔ πῦρ ἔλαβεν πλὴν ἀφεντίαν ὁ υἱὸς αὐτῆς ὁ Παγιαζήτη.

Καὶ τῶ αὐτῶ ἔπει ἦλθεν εἰς πόλεμον μετὸν ἀδελφὸν αὐτῆ τὸν Αχμάτη καὶ ὅπτιασεν αὐτὸν μὲν δδ-λου ἕσπὸ τῶ αὐτῆ μεγισάνων πρῶταδθῆς, τὸν ὅποιον ἐπνιξεν μετὶν χόρδην ὁ τοξάριον.

Τῷ ζβ' ἔπει ὅπτιασεν τὰ δύο παῖδια τῶ Αχμάτου, καὶ ἐκρῶσαν αὐτά. Καὶ τῶ αὐτῶ ἔπει ὅπτιασεν τὸν ἕτερον ἀδελφὸν αὐτῆ τὸν Κουρκυῦτι καὶ ἐθανάτωσεν αὐτόν.

Τῷ ζβ' ἔπει Ἀπειλίου ις'. ἐγῆετο μέγας σφοδρὸς εἰς τὸ Ζάκωθον, ὥστε ἐχάλασαν πλείσων ὁσπεῖτα ἀπὸ τε κέσρος τῶ αἰῶ, καὶ μέρτικον ἀπε τὸ κητον, καὶ ἐπλάκωσαν πλείσων λαῶν.

Τῷ ζβ' ἐσὺν αἰξεν ὁ Σαλήμης πλείσων Φουσάτον, ἰππέων, ἔ πεζῶν, πλείσων ἕσπὸ τὰς σ' χιλιάδας, καὶ ὑπῆλθον εἰς τὸ Περσίαν εἰς τὸ Σοφί. καὶ εἰς τὰς κθ' τῶ Αὐγούσου μιλίως ὄρα δδύτερη τῶ νυκτὸς ἐδδσαν πόλεμον εἰς τὸ Ἔπον τῶ Σοφί. καὶ ἐτζάκησαν αὐτὸν ὁ Σοφίς, καὶ ἐκρῶσαν ἀπετὸ Φουσάτον τῶ Σαλήμη πρῶτοςτερον ἕσπὸ χιλιάδας ρ'. καὶ ἐγῆεσεν ὁ Σαλήμης τζακισμένος. καὶ πάλιν ἔλαβεν ὁ Σοφίς τὸ Ταμπείζην, καὶ τὸ Σκαμνὴν αὐτῶν, καὶ τὸ Ἔπον ὅσον τῶ ἐπέειρεν ὁ Σαλήμης.

Τῷ ζε' ἐπέειρεν ὁ Σουλτῶν Σαλήμης ὁ Καέρος, ἔ τὸ ἀφεντίαν ὁ Σουλτῶν ὄλιω. ἔ ὅπτιασεν τὸν Σουλτῶν, ἔ ἐθανάτωσεν τὸν πικρῶ θανάτω, ὃς ὀνομάζετον Σουλτῶν Μπαράκ. ἐρμηνύεσται δὲ τῆ Ἐλλῶν γλώτῃ βασιλῆς διλογήμιδος.

Τῷ ζθ' ἔπει Σεπτεμβρίου κς'. βασιλεύσας ἔτη θ'. ἀπέθανεν ὁ ἀσέβης Ἀμηράς, Σουλτῶν Σελήμης, αἰὴρ ἀνδρῆς, σῶφρων, καὶ δίκαιος κειτής. ἠγάπα τοὺς Χριστιανοὺς πλείσων, καὶ μάλιστα τὸ Ἐκκλησίαν τῶ Χριστοῦ. τὰς αὐτῆ κηρῶ ἀνηγήρησαν πολλαὶ Ἐκκλησίαι τῶ Χριστιανῶν. ἔδωσεν αὐπλῶ ὄξοικησάν, εἰς τὸ κηρῶν ὁ ἀπλῶς αἰ παλαιὰ Ἐκκλησία ἵνα δδύεργον. ὁ αὐτῶ εἶπεν πρῶτες οἱ οἰχοὶ τῶ Θεοδὸν ἀκαλοτάζον, ἔ σὺν τῶ παλαιῶς Ἐκκλησίαις, ἐγῆσαν καὶ πλείσων νέων Ἐκκλησιῶν.

Τῷ αὐτῷ ἔτει ἔλαβεν τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς αὐτῶν ὁ Σουλαμαῦ ἐτῶν ὦν κγ'. καὶ ἐκάρη-
σεν εἰς τὸν θρόνον τῆς βασιλείας τῷ αὐτῷ Σεπτεβρίῳ μὲν εἰς τὰς κς'. ἐν τῇ Ἀδρια-
νουπόλει.

Τῷ ζεθ' ἔτει Ιουνίῳ μὲν ἐποίησεν ὁ Σουλτᾶν Σουλαμαῖνης Φουσαῖτον ἰππέων, καὶ πεζῶν χι-
λιάδας ρ'. ὅς τις ἐπήγην εἰς τὴν Οὐγγρίαν, καὶ ἐπολέμιζεν τὸ Ἀμπελοχράδι, καὶ εἰς τὰς β' τῆς
Αὐγούστου ἐπαρτίλαβεν αὐτὸ, καὶ πάλιν ὑπέστρεψεν εἰς τὴν Ἀδριανούπολιν.

Εἰς τὰ ἀφκβ' Ιουνίῳ * ἐποίησεν ὁ Σουλτᾶν Σουλαμαῖνης Φουσαῖτον Διὰ ξηρῶν χιλιάδας σ', καὶ
κόλον Διὰ κισίους ἐβδομήκοντα ἑξήκοντα κατέργα, καράβας καὶ φούτες, καὶ ὑπήγην εἰς τὴν Ρό-
δον, καὶ ἐπολέμει αὐτῷ Διὰ πλείων ἐλεπόλεων ἀπὸ τὸν Ιουνίον μὲν ἕως τῆς Δεκεμβρίου,
καὶ τῇ κέ'. τῆς αὐτῆς ἐπ' ἔδωκεν ἢ αὐτὴ ἀθλία εἰς χεῖρας αὐτῶν. ἔδωκε δὲ ἀδάμ, καὶ ἔξέβη ὅς τις
ἤθελεν.

Πρὶν βασιλεύσαι τῆς Σουλαμαῖνης, ἐπορεύθη πρὸς Ἑβραῖος μάγος πρὸς αὐτὸν, καὶ εἶπεν
αὐτῷ γινώσκε Σουλτᾶνέ μου, ὅτι μέλλεις βασιλεύσαι. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Σουλτᾶν Σουλαμαῖν
εἶπεν αὐτῷ, ἐν πόσῳ χειρῶν; ὁ δὲ Ἑβραῖος ἐφῆ, τέλα σοι χεῖρα γραμμᾶτων με διδάσκου. ὅσα
οἶδα εἰ χρονοὶ εἰσὶ ἢ μῶνες ἢ καὶ τὰ ἄλλα. καὶ ταῦτα εἰπὼν, καὶ ἄλλα ὅσα εἶπεν χεῖραν.
ἔφη ὁ Σουλτᾶν Σουλαμαῖνης, ὅτι ἐὰν βασιλεύσω, δώσω σοι λαφᾶν ὅσον θέλεις. καὶ ἐποίησεν
αὐτῷ ἔγγραφον ὁμολογίας. καὶ χε' τὸν λόγον τῆς Ἑβραίου ἐβασιλεύσεν, καὶ τῷ σοιχείων ἑπιθ-
μουμένων διέβη ἀληθῶς ὁ Ἑβραῖος. ἦλθεν δὲ ὁ Ἑβραῖος, καὶ αἰτήσας τὸν λαφᾶν χε' τὸ ἰδιό-
γραφον τῆς ἀφεντός, καὶ λαβὼν αὐτὸ, καὶ ἄλλας πλείους τιμας. ἠρώτιζεν δὲ αὐτὸν πρὸς τῆς
βασιλείας αὐτῶν τι μέλλει γινέσθαι. ὁ δὲ Ἑβραῖος ἢ κακία φερόμενος, ἢ καὶ ἀληθῶς ὡς ἐδι-
δάσκετον ὑπὸ τῆς μαντείας αὐτῶν, ἔφη, ὅτι οἱ Χριστιανοί, ὅπου εἶ) εἰς τὴν πόλιν μέλλει να
ποιήσωσαν, καὶ βασιλεῖα ὅστις ἔνε τὴν σήμερον εἰς τὴν πόλιν. καὶ αὐτὸ σὺ αὐτῶν να στασιάζω
χε' τῆς σοῦ χεῖρας, καὶ Διὰ τῆς πρὸς τὴν βασιλεία σου να τρεῖς κέρης, ἵνα μὴ τελέσω τὸ
ἔργον. ὁ δὲ συμβούλιον ἐποίησε μὲν τῷ πρὸς τὸν συμβούλων αὐτῶν, ἵνα κέρη τοῖς Χριστιανοῖς.
καὶ τίς ἐκ τῶν μεγάλων αὐτῶν ὀνόματι Πυρρὸς Μπασιᾶς, ἀπέκρυσεν αὐτὸν τῆς αὐτῆς ἀθε-
σμῶν καὶ ἀδίκου ὀρμῆς, εἰπὼν αὐτῷ Σουλτᾶνέ μου, τὰ ποιαῦτα μεγάλα πρᾶγματα
ἀπὸ Θεοῦ εἰσὶν καὶ εἰ μὴ εἰσὶν ἀπὸ Θεοῦ, οὐ δύναμεθα ἀντιστηθῆναι, ἵνα μὴ δι-
ρεθώμεν καὶ Θεομάχοι. εἰ δὲ εἰσὶν ὅς ἀνθρώπων, ἀφες ἡμαῖς τοῖς δούλοις σου, ἵνα ποιή-
σωμεν τὴν ἐπιδικησιν.

Τούτῳ τῷ ἔτει ἔδωκεν ὁ Θεὸς σημεῖον τοῖονδε ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει τῇ μεγάλῃ κυρια-
κῇ τῆς Πάσχα. τὸ μεσονύκτιον ἠγέρθησαν οἱ Τερβήσιδες, καὶ ὑπέιγαν εἰς τὴν ἀγίαν σο-
φίαν, να σαλευθῆσιν χε' τὸ αὐτῶν ἔθνος. καὶ ἐλθόντες εἰς τὰ πρᾶξια τῆς ναοῦ ἠκου-
σθαι ψαλμωδίας, καὶ εἶδον καὶ φῶς μέγα ἐν τῷ ναῷ, καὶ πλησιάζοντες βῆσαν εἰς τὴν πύ-
λας ἀνεωγμένας. καὶ φωνᾶς ψαλμωδίας, τὸ Χριστὸς ἀνέστη. καὶ ἀκούσας ἀσπυδαῶς ἔδω-
σθαι γνώσιν τῆς ἀφεντός. ὅστις ἦλθεν σωματικῶς, καὶ ἀκούσεν, καὶ εἶδεν ἐν ὀφθαλμοῖς,
κελεύσας ἵνα ἀναβουῖ εἰς τὰ ἀνιχούμενα. να σκοπύσω μὴποτε ὅστις ἔξ ἀνθρώ-
πων, ἢ ποιαῦτα ἐνέργει. καὶ βῆσας ἔξελαιπεν καὶ τὸ φῶς, καὶ ἡ ψαλμωδία. καὶ πάλιν
ὀρμησεν, ἵνα κέρη τοῖς Χριστιανοῖς. εἰ μὴ πάλιν ὁ αὐτὸς Πυρρὸς Μπασιᾶς ἀπέκρυσεν αὐ-
τῶν τὴν ὀρμῆν.

Εἰς τὰ ἀφκβ' Ιουλίῳ ἐπέειρεν ὁ Σπαρτίας τὴν Γένουσαν ἀπὸ σααῆου, τὸ ἔκρυσεν ἐν αὐτῇ ψυ-
χᾶς λε' χιλιάδας.

Εἰς τὰ ἀφκγ' ἀπεσάλη ὁ Αἰχμητὴ Μπασιᾶς ὑπὸ τῆς Ἀμμερῶ Σουλτᾶνου Σουλαμαῖ-
νη εἰς τὸ Κασεργὸς ἵνα οὐκ εἴδῃ αὐτὸ. ὅστις Διὰ φρόνον Διὰ τὴν ἡγάπα ὁ ρήτης Ἀμμερῶ τὸν
Πραμ-Μπάσιαν, ἀνυποσάσσει, καὶ ἐγένεν ἀνάρτης. καὶ ἔκρυσεν ὄλους ὅσοις βῆσαν ὅπου ἦθε-
λεν να εἶναι εἰς τὴν δουλοσύνην τῆς ρηθέντος Ἀμμερῶ. οἱ δὲ οἰκείοι τῆς αὐτῆς πότου ὑψο-
σθαι τὸν ρηθέντα Μπάσιαν καὶ ἐποίησαν αὐτὸν Σουλτᾶνον, οὗ ὁ ἀδελφὸς ἰὼ Φραμπου-
εἰαῖς εἰς τὸν Μωραῖαν, καὶ ἔσφλεν ὁ ρήτης Ἀμμερῶ, καὶ ἀπεκεφάλισθαι αὐτὸν
ἐν τῇ Μεθόνη. τὴν ὁποῖαν κεφαλῶν ἔκδωσαν, καὶ ἐπέειραν αὐτῷ εἰς τὴν Κωνσταντι-
νούπολιν.

Anni orbis cond.	Anni Chri- sti.	CHRONICON BREVE.
7029	1521	<p>Eodem anno filius ipsius Suleimanes annum agens xxiii. in Imperij solium collocatus est Adrianopoli, Septembris die 26.</p> <p>Mense Iunio Sultanus Suleimanes, cum exercitu centum millium militum, tam peditum quam equitum, in Hungariam mouit. Obsessamque Belogradum oppugnauit, & die Augusti 2. eam cepit; vnde Adrianopolim reuersus est.</p>
7930	1522	<p>Mense Iunio conscripto ducentorum millium militum exercitu, classeque ducentorum septuaginta velorum, cum triremium, tum nauium & dromonum apparata, Sultanus Suleimanes in Rhodum insulam traiecit: urbemque multis admotis machinis a mense Iunio ad Decembrem vsque oppugnauit. tandemque huius mensis die 25. ei vrbs misera dedita est. Libertatem abeundi omnibus, quicumque discedere vellent, fecit.</p> <p>Priusquam hic Suleimanes Imperium adeptus fuisset, ipsum adiit quidam Hebræus Magus, sicque allocutus est: Audi, mi Sultane, & pro certo habe te regnaturum esse. Talia verba Sultanus Suleimanes excepit interrogando, post quantum tempus id futurum erat? Respondit Hebræus. Tribus literarum elementis id mihi cognitum; verum, per illa num anni, menses, vel alia temporis interualla intelligenda sint, nescio. His & aliis, quæ ex re erant, dictis, Sultanus Suleimanes hæc ei dixit, <i>Si imperium adeptus fuero, mercedem, quantam volueris, solvam</i>: scriptoque de ipsi præstanda mercede cauit. Fasces itaque Imperij secundum Hebræi vaticinium suscepit, quod numero literarum inito, verum fuisse patuit. Mercedem itaque ex instrumento scripto a Principe Hebræus repetiit: eam accepit, multisque honoribus affectus est. Interrogauit porro Sultanus Hebræum, quinam casus, dum ipse regnaret, futuri erant. Tum Hebræus aut animo malo pulsus, vel, quod verius, arte sua diuinatrice edoctus respondit, [Christianos, quandiu in vrbe fuerint, in eo laboraturos vt seditionem excitent, Imperatoremque constituent quemlibet, quo duce aduersus potentiam tuam rebellent: propterea tales, o Sultane, rescindere & auellere debes, priusquam in hoc scelus prorumpant.] Ipse ergo cum suis Protosymbulis, seu Veziris, de Christianis perdendis deliberat. Vnus ipforum, Pyri Bassa vocatus, a tam iniquo ac nefario impetu & proposito retraxit, eumque sic affatus est. [Mi Sultane, tam magnæ ac arduæ res non nisi a Deo perfici possunt. Si namque isti a Deo sunt, non possumus aduersari, quin & aduersus Deum pugnare deprehendamus. Quod si ab hominibus fuerint, sine nos seruos tuos vindictam de iis sumere.]</p> <p>Hoc eodem anno tale signum Constantinopoli magna Paschatis Dominica Deus ostendit. Cum Deruisii media nocte, vt ipsis mos est, surrexissent, & ad S. Sophiæ templum venissent, iuxta ritus suos orgia celebraturi; vestibulum ingressi Psalmodiam audierunt, lumenque magnum in templo viderunt: propius deinde accedentes patentes portas conspexere, audieruntque voces canentium Hymnum, <i>Christus resurrexit</i>. Quod ad Sultantum accurate retulerunt, ipseque accessit, audiuit & vidit oculis suis, iussitque vt attenderent ad resonantes istos cantus; perpenderentque, num ab humana voce ederentur. Statim simul cum psalmodia lumen defecit. Iterumque Sultanus de Christianis interficiendis vehementius agit, a quo violento consilio Pyri Bassa eum retraxit.</p> <p>Mense Iulio Genuam vi occupauit Hispaniæ Rex, hominumque triginta quinque millia occisa sunt.</p> <p>Ahmetes Bassa Cairum in Ægypto, vt prouinciam regeret, a Sultano Suleimane missus est. Inuidiæ vero stimulis in Abrahamum Bassam percitus, quod apud Sultantum gratia præ cæteris valeret, a Suleimane deficit, & contra eum rebellat: omnesque, qui in fide & obsequio erga Ameram prædictum stare voluerunt, de medio tollit. Prouinciales Achmetem illum Bassam Sultantum proclamarunt: huius frater in Morea Flaburiaris, id est, Sangiacus, erat: quem Methonæ per satellites illuc missos Amiras capite truncari fecit; abscisso capiti pellem detraxerunt, & Constantinopolim asportarunt.</p>

<i>Anni orbis cond.</i>	<i>Anni Chri- sti.</i>	<i>CHRONICON BREVE.</i>
7631	1523	<p>Ahmetes vero nuper Cauri Sultanus renunciatus, cunctos suæ ditionis Hebræos simul contractos interficit, eorumque bona publicat, vnde magnam pecuniarum vim corrastit.</p> <p>Eodem anno, magno Sultano Suleimane auctore, Achmetes Bassa in balneis oppressus necatur: rursusque vniuersa Syria Sultani imperio subiicitur.</p> <p>Eodem anno prædictus Amiras ex Romania, id est, Thraciæ, oppidis familias multas in Ægyptum, & inter Turcos migrare fecit.</p> <p>Eodem anno, etiamque superiori contagiosus morbus per vniuersum orbem sæuiit, præcipue vero per totam insulam Cretam grassatus est, Rhodum, Corfunium, Zacynthum, Artam, Iohannina, Peria: Moream passim Athenasque inuasit.</p> <p>Eodem anno Augusti die 8. in Apuliam triremibus dromonibusque Curugles traiecit, istiusque prouinciæ partem populatus est, & castrum vnum occupauit.</p>

FINIS.

Ο δὲ ῥητὴς Ἀχμαίτης, ὁ νεωστὶ Σουλτάνος ἐσωμάξεν ὅλους τοὺς Ἑβραίους τοὺς ἔστω αὐτὸν, καὶ ἔκλυέν τοις, ἔ τὸν βίον αὐτῶν ἐδήμευσεν, ὡς ἐσωμάξεν ἑξ αὐτῶν βίον πληθῆος ἀπειρον.

Τῷ αὐτῷ ἔτει Διὰ στωέρου τῷ ῥηθέντος μεγάλου ἀφέντος τῷ Σουλαϊμάνη ἐσκόπισαν μέσσα εἰς τὸ λουθῶν τὸν ῥηθέντα Ἀχμαίτ Μπασία, ἔ πάλιν ὁ πόπος ὅλος τῆς Συρίας ἐγύρησεν εἰς τὴν δουλοσιώλω τῷ μεγάλου ἀφέντος.

Τῷ αὐτῷ ἔτει ὁ ῥητὴς Ἀμμερὸς δέβαλεν πολλὰς Φαμίλιας ἀπὸ τὰ κέρρη τῆς Ραμφίας, ἔ ὑπήγε τὰς εἰς τὴν Αἴγυπτον, καὶ Τούρκους.

Τῷ αὐτῷ ἔτει, καὶ τὸ πῶρελθὸν ἐγένετο λοιμικὴ νόσος παγκόσμιος, κυρίως δὲ εἰς τὴν Κρήτην. εἰς τὴν Ρόδον, εἰς τοὺς Κορφοὺς, εἰς τὴν Ζάκυνθον. εἰς τὴν Ἀρτάν, εἰς τὰ Ἰωάννινα ἐγύρητο Περίαν, ἔ εἰς τὴν Μωραβίαν ἀπερίδλω, καὶ εἰς τὴν Ἀθίωαν.

Τῷ αὐτῷ ἔτει Αὐγούστου εἰς τὰς ἡ' ἐπέρασεν ὁ Κούρτουγλης μὲν κριτέρων, καὶ Φάτων, καὶ ὑπήγε τὸ μέρος τῆς Βουλίας, ἔ ἐπείρεν ἕνα κέρτελλον.


Τ Ε Λ Ο Σ.



ISMAELIS BVLLIALDI
 AD DV CÆ
 MICHAELIS DV CÆ NEPOTIS
 HISTORIAM
 NOTÆ.

AD CAPVT PRIMVM.

Pag. i.



INITIO huius operis propositum Authoris fuit, annorum a mundi ortu & creatione exactorum synopsis ob oculos ponere iuxta Ecclesiæ Orientalis calculum; quæ ab initio mundi ad annum 1. Æræ Christianæ vulgaris annos integros 5508. a Septembri antecedente Kal. Ianu. anni primi numerat. Nullus vero eorum, qui in Chronologia parumper versati sunt, nescit Græcos annum suum ab illo termino Kal. Septemb. ordiri: ita ut Christus anno 5509. siue autumno, siue ineunte hieme *ἡροπόχως* eum genuisse dicatur, natus sit. Norunt etiam omnes, Septuaginta, ita appellatos ac creditos, veteris testamenti Interpretes, plures annos a mundi exordio ad Abrahamum in versione sua computauisse, quam in textu Hebraïco reperiantur. Qua ratione id contigerit assequi arduum. Textus equidem Hebraïcus ab Adamo ad diluuium annos exactos solummodo exhibet 1655. cum interim LXX. Interpretes numerent 2242. In huius enim capituli verbis, *ἀπὸ τῆς Ἀδάμ ἐὼς τῆς κατακλινομένης ἔτη βσμβ'*, rectus est: et si e generationum explicatarum numeris colligantur 2249. A diluuiio ad Abrahamum textus Hebraïcus numerat annos 292. at Interpretes LXX. numerant annos 1178. hic noster 1121. De hac computandi dissentione non est dicendi nunc locus; nec propositum est nobis disquirere & scrutari num textus Hebraïcus, quo illi vsi sunt, ab eo, qui omnibus probatus circumfertur, variauerit. Num etiam aliqua ratione ducti illi viri, qui gentilium, Ægyptiorum præcipue ac Græcorum, oculis ac iudicio sacram historiam subiiciebant, annos aliquot ab orbe

condito ad diluuium, & inde ad Abrahamum intercalarint, importunas gentium ob idololatriam cæcutientium obiectiones declinaturi.

Ὁὗτος ὁ Μωσῆς] At Eusebij Chronicon initium annorum Inachi alligat anno Pag. 2. C ætatis Abrahami 161. eo ipso quo natus est Iacob seu Israel. Mosem vero natum prodit anno ab Abrahami natiuitate 435. ita vt annis totis 274. posterior sit Inachi initio Mosis natiuitas.

Εὐεργωμὴ ἀπὸ τῆς πατρὸς Ἀδάμ] In enumerandis annis ab orbe condito ad Incar- Ibid. D nationem hallucinatus est huius historiæ author, vel, qui illum transcripsit, lapsus est. Ab anno namque primo Æræ mundi ad annum primum Christi Ecclesia Græca numerat annos 5508. & tali interuallo Epocharum vitur in sequentibus hic scriptor; legendum itaque hoc loco ἔτη εφ' 5508.

Ἀπὸ δὲ τῆς ἐν ἁγίῳ οἰκονομίας] Myſterium adorandum Incarnationis filij Dei Ibid. D Græci Theologi & Scriptorum appellant ἐν ἁγίῳ οἰκονομίαν.

Ἐως τῆς μεγάλης Κωνσταντίνου] Post Christi epocham mentionem facit Constan- Ibidem tini, qui ob redditam Christianæ Ecclesiæ pacem & tranquillitatem clarus, Deo ac hominibus acceptus, Græco etiam homini religiose cultus est. Huius enim Imperatoris matrisque Helenæ Ecclesia Orientalis memoriam die 21. Maii celebrat. Et Constantinopolitani Imperatores, referente Codino Curopalatalib. de officiis Palatii Constantinopolit. in templum SS. Apostolorum die illa se conferebant. καὶ πῶς τῆς μεγάλης Κωνσταντίνου, ἀπαρχεται εἰς τὸν ναὸν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἔνθα καὶ ἡ ἀγία τοῦτου Θεοῦ κεῖται. *Die quo Magni Constantini memoria celebratur, confert se Imperator in templum SS. Apostolorum, in quo illius sanctus locus situs est.* Græcorum insuper vniuersitati chara Constantini memoria est, qui translata Imperij Romani sede ab Italis ad Græcos, nomini suo nouam, quam condidit Romam, consecrauit. Byzantij appellatione omiſſa urbem immensum in modum auctam atque ornatam Constantinopolim appellauit. Iustinianus etiam de S. Sophiæ magnificentissimo ac elegantissimo, quod extruxit, templo iure commendatur. Anno porro II. regni sui Iustinianus S. Sophiam restitutam ac ædificatam consecrauit. Georgius Cedrenus, Τῷ 1α' ἔτει γέγονε τὰ ἔκτακτα τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. καὶ ἔζηλθεν ἡ λίθη ἀπὸ τῆς ἀγίας Αναστάσεως μετ' τῆς Πατριαρχοῦ καὶ βασιλέως σὺν τῷ λαῷ. ἀπὸ δὲ τῆς ἡμέρας τῆς καύσεως αὐτῆς μέχρι τῶν ἔκτακτων, ἔτη ε' μιλῶν 1α'. καὶ ἡμέρας 1'. πρὸ ἡλθον. ἐν γὰρ τῷ 5ῳ ἔτει ἀπὸ κτίσεως κροισμοῦ Ἰνδικτ. 1ε' τῆς κγ' τῆς Φεβρουαρίου μηνὸς ὥρα παρ' ἑσπέρην τῆς ἡμέρας, πῶς τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἀνοικοδομῶν ἤρξατο ποιεῖν ὁ Ἰουστινιανός. *Anno Iustiniani II. Magnæ Ecclesiæ encania, seu consecratio, celebrata sunt. Litanias & preces recitantes Patriarcha & Imperator, comitante populo, a sanctæ Anastasiæ templo egressi processerunt. A die porro, quo flammis periit, ad encania anni 5. menses II. dies decem transferunt. Anno enim ab orbe condito 6008. Indict. XV. Februarij die 23. hora diei prima, Iustinianus instaurationem Magnæ Ecclesiæ auspicatus est. In hoc Cedreni loco mendum Librarij occurrit in annis mundi hic enumeratis; cœpit Iustinianus anno Christi 527. mundi 6035. Kal. April. anno eius quinto, id est, 531. Christi, mundi vero 6039. vel 6040. seditio Constantinopoli orta est. Februario mense cœpta est reædificari S. Sophiæ Basilica: & anno eius vndecimo consecrata est, id est, anno Christi 537. ab April. Kal. ad similem diem anni 538. & vt quod sentio dicam, anno mundi 6040. Februario mense cœpit instaurari templum S. Sophiæ Indictione IX. ita vt legendum sit 5μ' ἔτει Ἰνδικτ. θ'. anno 6040. Indict. IX. præter illud alia collapsa, aut seditione factionum Præsinæ ac Venetæ combusta instaurauit. Xenodochia & monasteria fabricari iussit, iisque redditus annuos ingentes attribuit: Imperij fines Barbarorum incursionibus angustiores redditos dilatauit. de quibus omnibus Procopij tractatus sex ἐπὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ κτισμάτων legendi sunt.*

Ab Æræ Christianæ vulgaris initio ad Constantinum computantur anni

305. & vnius semiffis cum diebus aliquot. Nam mortuo anno 306. Iulij die 25. Constantio Chloro, ipse Imperij fasces suscepit. Perperam igitur noſtera Chriſto ad Conſtantinum numerat annos 318. A Conſtantino pariter ad Iuſtinianum errauit ſtatuens annorum 210. interuallum: cum reuera interceſſerint ab anno 306. Iulij 25. ad annum 527. Kal. April. quo Imperium adeptus eſt Iuſtinianus, anni 221. fere: quatuor quippe propemodum meſes deſunt. Iſta numerorum perturbatio etiamdum cernitur in illo temporis interuallo, quo Iuſtiniani initia diſtant a Conſtantino Leonis IV. F. & huius coniuge Irene, quod noſter Hiſtoricus ſtatuit annorum 260. cum tamen iuxta hiſtoricam veritatem anni tantum 253. numerentur. Etenim cum Irene matre cœpit Conſtantineſis anno Chriſti 780. A Conſtantino & Irene ad Alexium Comnenum numerat annos noſter 295. ſimul itaque collectis interuallis, quæ a Chriſto ad Alexium Comnenum ſtatuit, reperiuntur anni elapſi 1083. ideo cœpiſſet Alexius 1084. ineunte. Iuxta veritatem vero Chronologicam anno Chriſti 1081. Imperium adeptus eſt Alexius Comnenus. Propterea a Conſtantino & Irene ad Alexium verum temporis interuallum ſtatuitur annorum 301. Videtur equidem hiſtoriæ huius Author has temporum epochas & interualla ex memoria deſcripſiſſe: nam iſta cum ſequentibus committi ac concinnari nequeunt. Cum enim occupatam a Latinis urbem Conſtantinopolim anno mundi 6712. hoc anno Chriſti 1204. Aprilis die 12. ſtatuat: numeretque Ducæ Murtzuphli, Alexij Angeli, eiufque fratris Iſaaci annos, quibus regnarunt, 19. fere: Comnenorum vero Dynaſtiam annorum 103. (quæ ſumma colligitur ex numeris annorum attributorum ſingulis ex gente Comnena Imperatoribus.) non vero 101. vt in textu legitur: ſumma annorum, quibus Angeli ac Comneni regnarunt fit 122. quam cum ab annis 1204. reiecerimus ad annum 1082. & initium Alexij Comneni regrediendo perueniemus. At ex interuallis antecedentibus initia Dynaſtiæ Comnenorum anno Chriſti 1084. hunc authorem alligare inuenimus. Non ſibi itaque conſtat Ducas in hac calculi ſubductione.

Pag. 3. C

Εν ἡ ἡ ἐδάλαφ ἡ Κωνſταντινούπολις τῷ Δεῦτῷ Λατίνων] Huc aduocandæ ſunt Kalendarij notæ vulgares, vt nobis conſtet num author in aſſignanda die errauerit. Anno Chriſti 1204. fuit Cyclus Lunæ VII. Solis IX. litteræ Dominicales D, C. Paſcha igitur Aprilis 25. Dominica τῷ βάρων, ſiue Palmarum Aprilis 18. ergo dies Aprilis 12. fuit feria 2. ſeu dies Lunæ ſextæ ſeptimanæ ieiuniorum, vt a noſtro notatur: quæ in libris Græcorum Eccleſiaſticis δευτέρῃ τῆς ἑκτῆς τῷ νητῶν vocatur. huic etiam temporis notæ conſentit Nicetas Acominatus Choniates. Flandriæ Comes Balduinus ab Henrico Dandulo Venetiarum Duce, cæterisque 12. vel, vt aliis placet, quindecim electoribus, Imperator electus eſt 6. Kal. Maij, hoc eſt, poſtridie Paſchatis, quod eo anno incidit in 7. Kal. Maij, ſeu 25. Aprilis. coronatur vero 17. Kal. Iunij, hoc eſt, Maij 16. hæc tradit Iacobus Meyerus Baliolanus Annal. Flandriæ lib. 7. ſub finem. Villharduinus ſcribit diem coronationis indictam fuiſſe tribus poſt Paſcha ſeptimanis, hoc eſt 16. die Maij, quæ fuit Dominica *Iubilate*.

Inducit Villharduinus Dandulum promittentem ſe Imperatoris nomen proclamaturum *Hora qua Deus natus eſt*. quæ verba me inducunt, vt credam vigilia Paſchatis electionem factam, & poſt Paſcha incoronationem Balduini dilatam: ita vt Caluiſio adhæreamus, qui electionem 24. Aprilis Sabbatho ſancto factam aſſerit. & fortasſe Villharduinus ſcripſit aut ſcribere voluit, *Hora, qua Deus reſurrexit*, hoc eſt, ſummo mane die Paſchatis, paulo poſt mediam noctem. Hic tamen omittere non debemus, Imperatorem Balduinum, in epiſtola quam de Conſtantinopoli expugnata ſcripſit monere ſe electum fuiſſe Dominica *Miſericordias Domini*, quæ contigit Maij die 9. ſublimatum vero

Domi-

Dominica *Cantate*, hoc est, Maij die 23. epistolam illam edidit Aubertus Miræus in Codice *Donationum piarum a Flandriæ comitibus factarum*.

AD CAPVT II.

ΘΕΟΔΩΡΟΣ Λάσκαρις ἐν Νικαίᾳ] Extincto a Latinis Alexio Duca Murt- Ibid. D
zuphlo, qui Alexium Angelum veneno bis frustra aggressus, laqueo tandem necauerat, Balduinus Belga seu Flander, adiuuante Henrico Dandulo Venetiarum Duce C. Politanus Imperator renunciatur. Theodorus vero Lascaris occupata a Latinis vrbe in Orientem abiit, & Nicææ Imperator salutatur. Ita Nicephorus Gregoras lib. 1. Hist. Byzant. post urbem captam, ἕως ὅτε καὶ μέγιστος πάλιν Νικαίᾳ μὴ ἔσπολιν ἀναγερβυδύσαι συμπέπρωκε βασιλέα Θεόδωρον Λάσκαριν τετακηντούτη ἤδη τυγχάνοντα. *Donec in Nicæa metropoli vix tandem acciderit Theodorum Lascarim annos iam triginta natum Imperatorem renunciari.* Clarius vero lib. 4. cap. 2. ἐν τούτῳ εἰς Νικαίαν αὐτῆς ὑποστέφει. αὐτὴ γὰρ ἐγγράφει Ρωμῶν βασιλέον μὴ πάλιν τῆς Βυζαντινῆς ἀλώσιν. Inde Nicæam rediit, quæ regia sedes Imperatorum Romanorum post captam Byzantium fuit. Nicetas enim Choniates in Annalibus Theodorum Lascarim in Asia regnasse scribit duobus in locis. ὁ δὲ Λάσκαρις Θεόδωρος ὡς γένει δὲ ὑπερέτατος καὶ κήδε βασιλείᾳ πείθετος, σπουδαιότατος ἐκείνου, ὃ ἔργου πεδίον ὑποδύεται, καὶ βασιλεὺς Ρωμῶν ὑφ' ὧν ἕως ἀναγερβύεται πόλεων. *Theodorus Lascaris genere nobilissimus, & Imperatoris affinitate clarus, illo repulso [Manuele Maurozome] calceos purpureos induit, & a cunctis urbibus prouinciarum Orientalium Imperator proclamatur.* & infra, καὶ δὲ πάλιν ἐν Περούσῳ καὶ Νικαίᾳ. Λύδοι τε καὶ οἱ Φιλόμολποι, καὶ Σμύρνη, καὶ Ἐφεσος, καὶ τὰ μεταξὺ τούτων κείμμενα Θεόδωρον προσδραμεῖχον τῶν Λάσκαρι. *In Oriente vero Prusæ & Nicæenses, Lydi & Philomolpi, Smyrna & Ephesus, quæque regiones illas interiacent vrbes, Theodori Lascaris partibus adhærebant.* Nescio igitur cuius autoritate fulti Sethus Caluifius, in prima editione suæ Chronologiæ, quam postea correxit, & ampliorem reddidit; & post eum Christophorus Heluicus dixerint Lascarim Adrianopoli regnasse: imprimis vero Caluifium demiror, qui Nicephorum authorem citat. Non extra rem erit si Lectorem moneamus populum illum, qui Φιλόμολποι hic vocantur, apud nullum Geographum reperiri: & procul dubio error est Librariorum, & forte ex duobus Φυλακηνῶσι καὶ Ἱεραπολίται, coaluit vox Φιλόμολποι. Phylacensij autem & Hierapolitæ populi sunt Phrygiæ maioris, quæ Lydiæ, cui Theodorus Lascaris imperauit, finitimi & contermini sunt.

Ἰωάννης Δούκας ὁ Βαπατζῆς] Nicephorus Gregoras lib. 2. cap. 1. ὀκτωκῆδεκα δὲ Ibidem
βασιλεύοντι τούτῳ [Λάσκαρι] πρὸ ἑρρήσασθαι ἔτη, καὶ τὸν πρῶτον βίον ἀμείβεθαι, ἀφ' ὧν τῆς βασιλείας καταλειπὸς τὸν ὅτι θυγατρὶ Εἰρήνῃ γάμψον Ἰωάννῳ τὸν Δούκαν. *Cum annos 18. Lascaris in Imperio egisset, ex hac migravit vita, successore relicto Iohanne Duca, qui filiam eius Irenem uxorem duxerat.* Sed sedem habuisse Iohannem Batatzam, seu Vataciam, Magnesiæ potius quam Nicææ non constat ex illo loco. cap. 6. ait Iohannem, lustrata Macedonia & Thracia, per æstatem Nicæam recessisse, & in hyberna militem dimisisse. & cap. 12. Iohannem ædificasse Magnesiæ templum, ὄνομα τῆς θεομήτορος Σώσάνδρα καλούμενον, aliudque, ἐν τῷ τῆς Νικαίας εἰς ὄνομα Ἀντωνίου τοῦ μεγάλου. hic Vatacia Didymotæcho oriundus erat, & Protouestiarij dignitatem adeptus a Lascari gener adscitus est. Georgius Logotheta in Chronico.

Θεόδωρος Λάσκαρις ἔτη δ'] Hic Theodorus iunior senioris ex filia nepos, annos triginta tres natus erat, quando fasces Imperij suscepit. anno
Duca Hist. Byz. Dd

enim quo pater ipsius Iohannes Imperator designatus fuit, natus est Theodorus, vt scripsit Gregoras lib. 2. sub finem.

Ibid. D *Ιωάννης Αδοκαείης*] Hic filius Theodori iunioris fuit, cui pater moriens Arsenium Patriarcham, & Musalonem Protouestiariū tutores dederat, vt res Imperij administrarent, donec Ioannes, qui sexennis solummodo erat, adoleuisset. Muzalo dum funus Theodori effertur, & Magnesiæ in magno templo Sofandrio defuncti commemoratio agitur, ad ipsam sacram mensam ab irruentibus militibus confoditur. Arsenius deinde Patriarcha rerum vsu ac consilio destitutus Michaelē Palæologum in Imperatorem coronat, ea conditione vt adulto Iohanni Imperio cedat, seque abdicet. Michael coronatus Iohannem custodiendum Magnesiā mittit, tandemque excæcat, hocque scelere ineptum ac inhabilem Imperio reddit. Niceph. Gregoras lib. 3. sub finem, & lib. 4. Georgius Phranzes lib. 1. capp. 3. & 5. Michael Palæologus ex gente antiqua & nobilissima oriundus erat, quam, vt ex aliis Petrus Bizarus refert lib. 1. de bello Veneto, *Ex Italia adeoque Viterbo ipso Hetruriæ ciuitate haud sane ignobili, (quæ olim Veiusa nuncupata, tanquam trium urbium septa vel mœnia in se complectens,) originem traxisse nonnullis placet.*

Ibid. *Εξώαθησθαι ἔοι Λατίνοι τῆς πόλεως*] In margine adscriptum *ὁ ἔπειτα Ἰουλίου καὶ. mundi anno 6768. [Christi 1260.] Iulij 25.* Referri debet hæc temporis nota ad annum 1. Imperij Michaelis Palæologi. quippe vrbs a Græcis recuperata fuit anno Christi 1262. mundi iuxta Græcos anno 6770. Nam collectis annis Theodori Lascaris, Iohannis Vataciæ, Theodori, & Iohannis annis tribus fit summa annorum 58. qui cum additi fuerint annis 1204. exhibebunt annum 1262. quo Ioannes, cui Imperialis corona nunquam imposita fuit, a Palæologo Michaele excæcatus & Imperio pulsus est, & Latini vrbe exacti sunt. Libro etiam 4. Gregoras de vrbe recuperata per Cæsarem Strategopulum verba faciens notat, *δύο ἐξ ἧς ἰωύετο ἔτι ἀφ' οὗ τῷ τε βασιλικῷ θρόνων ἐλκεται ὁ Μιχαὴλ ἐγεγόνει.* quo igitur anno vrbs capta est, iam duos in Imperio annos integros Michael exegerat: vnde constat ipsum clypeo insidentem Imperatorem proclamatum esse anno 1260. Phranzes cap. 4. lib. 1. Dynastiam Francorum annos 59. mens. 3. dies 4. CPoli durasse ait. Georg. Logotheta in Chron. CPolitano sub finem ait vrbe a Latinis captam anno 6712. & eam tenuisse annis 58. recuperatam anno 6769. Indict. iv. in quo sibi non constat: nam mensis Iulij 25. captam ait CPolim a Græcis. Post annos 58. qui additi cum fuerint annis 6712. dabunt annos 6770. & Indictionem v. transcriptoribus fortasse hic error imputandus est, non Logothetæ.

Pag. 4. A *Μετὰ δὲ τὸν Μιχαὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ανδρόνικος*] Sub Michaele Palæologorum primo cœperunt Turci prouincias Asiaticas, quæ Imperatoribus CPolitanis adhuc parebant, vexare ac perpetuis atrociniis vastare. Gregoras lib. 5. & lib. 7. c. 1. statum prouinciarum Asiæ talem fuisse narrat. *Κατέχον ὁ μὲν Καρμυλὸς Ἀλισσουέιος τὰ πλείω τῆς μεσογείου Φρυγίας, καὶ ἔτι τὰ μέρη Φιλαδελφίας, καὶ τῆς Ἐγύπτου πόλεων ἀπὸ τῆς πρὸς τὸν Μαιάνδρον ποταμὸν Ἀντιοχείας. τὰ δὲ οὐκ εἶθ' ἄλλο μέρη Σμύρνης ἔτι ἔντος τῶν Ὁσίων τῆς Ἰωνίας, ἕτερος ὄνομα Σαρχάνης· τὰ γὰρ πρὸς τὴν Μαγνησίαν καὶ Γαλιώλιον καὶ Ἐφεσον φθάσαι ὑφείλετο σατραπίης ἕτερος ὄνομα Σασάν. Τὰ δὲ ἀπὸ Αἰολίδος ἀρχὴ Μισίας τῆς πρὸς τῶν Ἑλλησπόντων, ὅ, τε Καλάμις λεγόμενος, καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ Καρσός. τὰ δὲ πρὸς τὸν Ὀλυμπον καὶ ὅσα τῆς Βιθυνίας ἐξ ἧς ἕτερος ὄνομα Ατμάν. τὰ δὲ ἀπὸ τῆς ποταμοῦ Σαγγαρίου μέρη Γαλακρονίας μεμειομένως εἰς τοὺς Ἀρμενίου διέβησθαι παῖδας. Caramanus itaque Alisurius maximam Phrygiæ mediterranea partem occupauerat, & Philadelphiam atque etiam Antiochiam ad Maandrum vsque omnia ditioni suæ subiecerat. Quæ vero regiones ab illis locis ad Smyrnam & Ioniam maritima pertingunt, alius Sarchanes appellatus illis dominabatur. Sasan etiam, qui vocabatur, Satrapa Magnesiæ Prienen & Ephesum, (Romæis) eripuerat. Calames eiusq; filius Carasis ab Æolide vsq; ad Mysiam Helleponto adiacentem regnabat.*

Bithyniam & quæ Olympo monti circumiecta sunt alius nomine Atman obtinebat. A Sangario tandem fluuio Paphlagoniam usque Amurij filij inter se regionem partiti erant. Qui nostro Carmian appellatur Gregoræ est Caramanus Alifurius. Sarchanem & Carasim vterque habet : pro Othmane Gregoras legit Atman. Sarchanem noster, vt & Amurij seu Homuris filios nescit. Gregoras Mantachiam ignorat, etiamque Atinen. Laonicus Chalcocondylus lib. 1. de Reb. Turc. non longe ab initio, lib. etiam 2. hos duces fuisse Aladinis Selzuccij, qui sedem Imperij Iconij habuerat, ministros asserit. quique Laonico est Ædines nostro vocatur Atin, & qui illi Mendesius nobis est Mantachias. Phranzes lib. 1. cap. 26. hos duces enumerat vt Gregoras, eademque ditiones attribuit. Leunclauius in Pandectis historię Turcicæ num. 13. duces istos aliter enumerat, ita vt in tanta varietate authorum nomina illa, ducumque numerus in incerto aliquatenus maneat, Asiæ statu interim misero Imperijque vastatione pro compertis habitis. Cantacuz. 1. 2. c. 29. Atinis siue Ætinis filios ait fuisse Χετήρ & Αμούρ, id est, Cheterem & Homurium. Carasem vero Phrygiæ Regulum tradit lib. 3. c. 82.

Καὶ πασῶν Μαγεδῶν ἐπαρχίας] Valde probabile est Magedi vel Magidi præfecturam hic vocari, quæ in MS. Notitia Episcopatum CP. diœceseos sub Sardinum Metropolita legitur ὁ Σετῶν ἢ τοῖ Μαγίδου. Sub Sylæo etiam siue Pergæo Metropolita Phamphylia secundæ habetur in eadem Notitia Μαγίδου Episcopatus; sed in alio exemplari legitur Μαγίδου, quæ ab alia differt. hæc secunda forte illa est quam Nagidon appellat Leunclauius, & Turci Nigde. Magydum habet in Pamphylia Ptolemæi Interpres, textus Græcus μάτυλον non longe a Cestri fluuij ostiis. Nagidon non habet Ptolemæus: Stephanus de urbibus Νάγιδος πόλις μετὰ τὸ Κιλικίας & Παμφυλίας vbi citat Hecatæum. estque eadem cum Matylo. Casaubonus in Strabonem lib. 14. in his verbis τὸ δὲ ἐστὶ Ἀγίδος πόλις ex Stephano corrigit, & Νάγιδος legit.

Ibid. A

Ἀπὸ Ἀσσοῦ πόλεως ἄγρι & Ἑλλησπόντου.] Assus vrbs ad Propontidem in littore Asiatico, quam Strabo lib. 13. a Methymnæis conditam scribit, teste Myrsilo, φησὶ δὲ Μυρσίλος Μεθυμναίων κτίσμα εἶναι πρὸ Ἀσσοῦ. Stephanus de urbibus duas facit Assos, vnã in Lycia πλησίον Ἀτάρνης, alteram in Æolide ad Hellepontum. Hic obiter notabimus Stephanum errasse, dum Assos duas facit, primamque in Lycia collocat Atarnæ vicinam; in Lycia siquidem Atarna sita non est, vt ipse scribit, sed in Mysiæ & Lydiæ finibus, Ἀτάρνα πόλις μετὰ τὸ Μυσίας & Λυδίας, Strabo quoque lib. 13. Atarneam habet prope Assum: nec ipse nec Ptolemæus Assum in Lycia ponunt. Notitia Episcopatum sub throno Constantinopoleos habet Ἀσσον sub Ephesino Metropolita.

Ibid. B

Μετὰ δὲ τὸν Ἀνδρόνικον ἐβασίλευσε Μιχαήλ] Hic author noster male ac perperam scribit Michaelẽm in Imperio successisse Andronico patri: simul namque pater & filius regnarunt: & Michael anno 6829. [Christi 1320.] Octob. 12. die Dominica ante patrem obiit, accepto Thessalonicae nuncio Manuelem secundo genitum filium ab Andronico natu maiore, (quem eius frater Manuel in meretricis, cum qua consueuerat ille, domo quærebat,) occisum fuisse, cum quis esset Andronici satellites ignorarent, riualemque esse suspicarentur. de quibus ad eundem Gregoras lib. 8. in principio. Cantacuzenus lib. 1. hist. cap. 1. generis mortis nullam mentionem facit, quo Manuel extinctus est. diligenterque animaduertendum dissidij causam inter Andronicos auum & nepotem orti, quo mutuis odiis certarunt, in auum a Cantacuzeno transferri; & Gregoram ab isto, vt potest scriptorem mendacem, asperis aliquando verbis castigatum esse, quod ipse scripsit Cantacuzenus lib. 4. capp. 24. & 25. cui tamen potior fides hac in re adhibenda sit nescio. Nam Cantacuzenus cum iuniore Andronico a puero educatus adoleuerat, inter huius fidissimos ac maxime familiares semper numeratus,

Ibid. B

ita vt ab eo ad dignitatem vsque imperatoriam, tutoris munere cohonestatus, prouectus fuerit: quapropter non leui suspicione perstringendus venit, actis & gestorum ab Andronico iuniore memoriae nimio studio indulgens & consulens, dum Andronico seniori æquum minus forte se præbet.

Phranzes Protouestiarius lib. 1. cap. 10. sub finem tradit Andronicum seniore cum Michaelē regnasse annos 45. & Andronicum iuniorem cœpisse anno mundi 6836. qui fuit Christi 1328. Gregoras lib. 8. notat Andronicum iuniorem coronatum fuisse Februarij *ἡμέρα δελτέρα τῆς ὀγδῶνς ἰνδικτίονος*. Hæc Indictio VIII. congruit cum Christi anno 1325. ita vt hic author noster, annos Imp. Andronici eiusque F. Michaelis dum numerat 43. terminum istum incorporationis iunioris Andronici respiciat, quæ anno 1325. Februarij die 2. Indict. VIII. peracta est. quibus etiam consentit Cantacuzenus lib. 1. cap. 41. Postquam incorporationem nepotis, Andronicus auus annos 3. in Imperio adhuc vixit: ita vt totos annos 46. cum filio & nepote regnauerit, quos 45. solummodo numerat Protouestiarius, anno siquidem 1328. nepos solus Imperio potitus est. Christi deinde anno 1330. senior Andronicus ad vitam monasticam a nepote inuitus cogitur, vt ait Gregoras; inque Monasterio mutato nomine Antonius appellatus biennium vixit, summaque rerum necessariorum inopia pressus anno demum 1332. obiit. Cantacuzenus lib. 2. cap. 16. Andronicum seniore ad vitandas insidias, quas sibi aliquos struere tyrannidem affectantes suspicabatur, sponte monasticam vestem induisse asserit: ærumnis ac miseris colluctantem obiisse silentio transmittit, ne sibi dedecus accersat, & Andronico iuniori inuidiam & odium conciliet; quandoquidem præcipuum inter consiliarios huius Andronici, apud quem præ cæteris gratia potentiaque valuit, habitum esse notum sit. Hic Andronicus ad vitam priuatam coacto auo solus regnauit ab anno 1328. ad annum 1341. Iunij diem 15. orbis conditi 6849. ita vt annos 13. imperauerit. Notandum etiam Andronicum seniore anno ætatis suæ 74. fato concessisse: ex quo vero Imperium adsecutus fuerat anno 50. vt adnotauit Gregoras lib. 9. monodia in eum scripta, & in eo cum aliis conuenit. Tradit præterea ipsum, viuente patre Michaelē Palæologorum primo, Imperatorem designatum & appellatum esse, quod contigit circa annum 1281. Michael secundus Palæologus Andronici F. tradente Cantacuzeno lib. 1. cap. 1. anno mundi 6829. Octobris 12. vitam cum morte commutauit, id est, anno Christi 1320. non vero 1321. vt in editione Parisiensis Typographiæ Regiæ in margine adscriptum est; at ex Niceph. Greg. in lib. 7. calce annus alius colligi potest. narrat quippe Iohannis Glyci Patriarchæ anno 2. vehementi Borea flante crucem e manibus statuæ æneæ, quæ columnæ imposita ante vestibulum templi S. Sophiæ stabat, excussam fuisse anno mundi 6825. id est, anno Christi 1316. a Kal. Septemb. ad eadē Kal. anni 1317. paulo post dicit, Irenen ex Alemania Andronico iuniori auum despondisse: Michaelē deinde Imperatorem Thessalonicam abiisse, & anno ibi exacto rebus humanis exemptum esse. ex quibus annum orbis 6827. Christi 1319. concludere possumus: veruntamen Cantacuzeno, qui annum & diem adscripsit, adhærebimus.

Ibid. B

Μετὰ δὲ τὸν Ἀνδρόνικον Ἰωάννης ὁ Παλαεολόγος] Andronicus iunior filium suum, quem ex Anna, nostro Alemanna, Cantacuzeno e Sabaudia, aliis Pannonia, susceperat, Imperij heredem reliquit. Iohannes Andronico nascitur post aui Andronici obitum anno 6840. Christi 1332. Iunij die 18. vt adnotauit Gregoras lib. 10. cap. 3. obiit autem Andronicus iunior anno mundi 6849. Christi 1341. ita vt impubes admodum esset Iohannes, annum agens cum Imperium adeptus est nonum: quot etiam fuisse tradit Cantacuzenus lib. 3. cap. 2. *Quam-*

obrem pater moriens rebus Imperij administrandis tutorem testamento dedit hunc Iohannem Cantacuzenum magnum Domesticum, historiæ iam sæpius allegatæ authorem. Virum equidem Gregoræ & nostro laudatum : Phranzæ affectati regni suspectum, & quod voluerit ad liberos suos Imperium transferre infimulatum. Legendus Phranzes lib. 1. cap. 13. 14. & 15. Illum Cantacuzenum tanti fecit Andronicus iunior, vt testamento suo, quod anno Christi 1330. graui morbo decumbens condidit, præteritis in illo Andronico auo adhuc superstite nondumque monacho, matre etiam sua Xena, tutorem eum posthumo filio suo daret, si ex Anna vxore sua tunc prægnante nasceretur. Nec etiam omittenda sunt, quæ a Codino Curopalate de Andronici erga Iohannem Cantacuzenum beneuolentia & amore referuntur lib. de offic. Palat. Constantinopolit. ἐποίησε τὸν μέγαν Δομέστικον Καντακουζηνὸν Ἰωάννην, ὃς ἐγενόθη καὶ βασιλάδης, ἰσοστάσιον τῷ πατριάρχῳ Σεβαστῶ. *Magnum Domesticum Ioannem Cantacuzenum, qui postea imperauit, æqualem summo Panhypersebasto reddidit.* paucisque lineis interiectis: post Andronici senioris obitum ab hoc iuniore Cantacuzenum honoribus auctum esse narrat, ὑπερέχοντα πάλῳ ἐποίησε, τῷ μὲν τῷ πάππῳ καὶ βασιλέω, ἀνεψιῶν, ἐαυτῷ δὲ θάδῳ, τῷ ἑτέρῳ τε πάλῳ τῷ Πανυπερσεβάστῳ, βεστιαρίου. ἡ δὲ οὕτως ἐν τῷ ὀλίγῳ ὁ μέγας δηλαδὴ Δομέστικος μὲν τὸν Κατακουζηνόν. *Supra ceteros eum extulit, aui sui Imperatoris nepotibus, suisque auunculis, ceterisque omnibus summo Panhypersebasto & Vestiario dignitatis ordine anteposuit, hacque sanctione secundus erat à Cesare magnus Domesticus.*

Εν τῷ αὐτῷ ἔτει * ἤρξαντο οἱ Τούρκοι] Hæc Turcorum in Europam irruptio prima est sub auspiciis Oguziorum siue Othmanidum regnante Orchane siue Vrchane: antea enim in Europam transfierant Turci, a Catelanis bellum Andronico seniori & Michaeli eius F. inferentibus euocati, vt lib. 8. Hist. Rom. narrat Gregoras, & post eum Laonicus lib. 1. Transierunt etiam Turci paulo post annum 1300. eodem Laonico teste lib. 1. Huius quoque Turcorum in Europam expeditionis meminit idem loco citato, verum iam defuncto Orchane, & Suleimane eius filio regnante. Nostro tamen consentit Turcorum narratio a Leunclauio adducta lib. 4. Histor. Musulmanicæ; & Phranzes lib. 1. capp. 15. & 27. quibus potior fides habenda est. Adnotatur autem ille transitus, quoniam Turci tunc primum sedes in Europa fixerunt, occupata Callipoli anno iuxta Annales Turcicos 758. Christi 1357. Matthæus Villanius Hist. Florent. lib. 6. c. 29. transitum Turcorum accidisse ait anno 1356.

Αγελ Διδυμοπιχού] Didymotœchus oppidum Thraciæ, quod Hebrus alluit. Nicetas Choniates duobus locis illius meminit, καὶ ῥαϊδάδας βεργίης ἴσθμον ἀφορεθείσης ἐν τοῖς ἀπόπιν τῷ Διδυμοπιχίου μέρεσιν, ὁ τῷ Φεβουέω πατρῷον ἔδρα διδυμοπιχίης ὑετῶ, &c. *Imbre subito ac impetu cadente in locis supra Didymotichum sitis, qui oppidum alluit Hebrus, undas dilatauit. Turcis Dimotuc.*

Αγελ Σηλυμβείας] Stephanus, Σηλυμβεία πόλις Θρακίης. κέκληται δὲ ἀπὸ σήλυος, Βεία γὰρ καὶ Θρακίης ἡ πόλις. *Selymbria Thraciæ vrbs: nomen a Selye trahit, Bria enim Thracibus vrbs dicitur.*

Εκ τῷ Ναυάρρας ἀφικνουμένων Φραγκῶν] Franci ex Nauarra sunt ii, quos alibi Catelanos appellat, qui Hispaniam Tarraconensem habitant. Illa Genuensium expeditio ab Augustino Nebiensi, Vberto Folietta, & Petro Bizaro facta adnotatur anno Christi 1346. quo Simone Vignosio duce Genuenses, Chium, Smyrnam & Phocæam vtramque dominio suo adiecerunt. Idem testatur Ioannes Villanius Hist. Florent. lib. 12. cap. 169. *l'anno 1346. el simile feciono all' isola del Silo in Arcipelago di Romania e quella presono, e sonne signori e tolsolla a Greci, oue nasce la Mastica la quale è di grande frutto e rendita.* Non video autem quare Nauarros hoc loco adducat: nisi quia illis temporibus Petrus IV. Arrago-

niæ Rex Philippi III. Nauarræ Regis filiam Mariam anno 1334. vxorem duxerat. Rex Nauarræ seu Vasconiaë his fœderibus nuptialibus vrbes aliquot Arragonio concesserat: vicissimque Arragonius illi; propterea Nauarri seu Vascones Arragonensibus iuncti atque Catelanis in Orientem profecti sunt. Tunc etiam Vascones in illis expeditionibus Catelanis vltro magis se adiunxerunt; quod in regni successione Maria sorori suæ Iohannæ prælata esset, si Philippo patri mascula proles deesset. Genealog. Dom. Francicæ clarissimorum virorum fratrum Sammarthanorum lib. 22. Mariana lib. 16. cap. 4. hist. Hispanic.

AD CAPVT III.

Pag. 5. A

EN δὲ τῷ αὐτῷ ἔτει ἐτεθνήκει ὁ παρθρητὴς Ορχάν] Duæ sunt de anno obitus Orchanis opiniones: alij e vita migrasse volunt anno Hegiræ 759. id est, Christi 1358. nam cœpit annus 759. anno 1357. Decemb. 14. feria 5. & ita Caluifius sentit. Leunclaius sub finem lib. 4. aliam sequitur; quæ mortuum Orchanem asserit anno 760. qui cœpit anno 1358. Decembris die 3. feria 2. Annales Turcici adnotant post captam Callipolim Suleimanem inter venandum equo lapsum humi tam grauius afflicto fuisse, vt statim expiraret, & duobus mensibus ante patrem obiisse. quæ narratio non consentit illis quæ infra cap. 10. Ducas noster narrat, deletum scilicet exercitum Turcorum a Matthæo Cantacuzeno, & Suleimanem occisum, antequam Imperio cessisset Iohannes Cantacuzenus, id est, ante annum 1355.

Ibidem

Τῷ Ἀδριανοῦ πόλιν ἔειπε] In margine adiecimus annum ex Leunclaij hist. Musul. lib. 5. Hegiræ 763. Christi 1362. At Annales referunt ad annum 761. id est, Christi 1360. quem annum Caluifius retinuit.

Pag. 6. A

Συλλαμβάνεται δὲ ὁ Λάζαρος] Laonicus lib. 1. sub finem hanc Seruiciorum infelicem expeditionem clademque acceptam narrat secundum Græcorum sententiam, huius nostri narrationi paucis mutatis prope similem: Lazarumque Eleazarum appellat; Moratem peremptum inter præliandum tradit; at Phranzes a Lazaro necatum fuisse scribit. Nomen illius, qui Moratem occidit, Miloes traditur a Laonico: Milos Cobilitzius appellatur a Leunclauio; Milos Cobilik Lazari Despotæ gener a Mauro Orbino. Lazarus ille, vt hic Orbinus in Slauorum historia scribit, partem Imperij defuncti Stephani Cralis seu Imperatoris occupauit, alij alias: cum Vrosus Stephani F. ignauia ac desidia tempus transigeret. Hic Lazarus primus fuit Seruiæ Despotæ familia Priuazia siue Pribazia. Pugna porro illa commissa est in campo Cossouo anno Hegiræ 791. Christi 1389. non vero anno 1390. vt vult Leunclaius in Pandectis Turcicis cap. 54. Annus enim 791. cœpit anno Christi 1388. Decemb. 30. fer. 4. Cyclo Solis xxv. litt. E, D. Propter occisum vero ex insidiis Moratem, morem ac consuetudinem inde manasse ait Leuncl. vt nullus Legatus Sultanum accedat, nisi a duobus Capigis brachia complectentibus ducatur. Ex parte verum esse concedatur: honoris nihilominus gratia, id etiam nunc fieri constat: & anno 1647. Vezir-Azenum seu primum Vezirum palatio suo egredientem, rursusque illud ingredientem vidi, duorum famulorum manibus brachia complectentium subleuatum. Eodemque modo Genitzerorum Agam seu Præfectum, qui eundem Vezirum conueniebat, duorum famulorum manibus subleuatum incedere adspexi. Hic Lector monendus est falli Leunclaium lib. 6. histor. Musulm. quando mense Iunio Ramazan celebratum esse ait anno Hegiræ 791. Neomenia enim huius mensis Ramazan ieiunij Turcorum eo anno incidit in Augusti diem 24. anni 1389. Æræ Christi.

Αγνούπος δὲ Σαβούτζου] Conueniunt inter se historici de Baiazitis ad Imperium euectione. Ducas excæcatum fuisse prodit Sabucium; Laonicus & Phranzes strangulatum asserunt. Leunclaius lib. 5. eodem mortis genere perisse scribit, & Baiazitem Gilderum, nostro Iltrim, quod nomen *fulmen* interpretantur, natu maiorem; fratremque illius Iacupem Zelebim natu minorem fuisse. Laonicus Suleimanem, fuisse natu maiorem, Baiazitem vero minorem tradit. Phranzes illum Musulmanum, Turci Iacupem, Laonicus & Græci Suleimanem appellant, quem Ducas Sabucium nominat.

Ibid. B

AD CAPVT IV.

DE Baiazitis expeditione in Asiæ minoris Regulos Turcos adeundi Laonicus lib. 2. Leuncl. lib. 6. & Phranzes lib. 1. cap. 29.

De Lazari Despotæ filia Maria Stephani sorore, quam Baiazites vxorem duxit, non conuenit cum Leunclauio noster: ille enim lib. 6. Histor. Musulm. Baiazitem Bulcoglij principis Christiani filiam vxorem duxisse refert; & cap. 54. Pandect. hist. Turc. in Genealogia Bulcorum accuratius explicat quænam illa fuerit, Stephani nempe Seruiorum Despotæ filiam non sororem facit. & loco historiæ citato adnotauit Mariam illam Seruiam Baiazitem vinum bibere primam docuisse, cum Osmanidæ abstemij hætenus fuissent. Cum nostro faciunt Laonicus lib. 3. qui Elezari, qui Lazarus est, filiam fuisse scribit, & a Temyre captam, non sine Baiazitis indignatione summa, illi pocula ministrasse. Maurus quoque Orbinus in historia de regno Slauorum illam fuisse Lazari filiam scribit, eiusque nomen Milieum fuisse prodit: eamque Baiaziti in matrimonium collocatam a matre sua Miliza Lazari vidua, vt beneuolum ac pacatum eum sibi pararet.

Εκ τῶν μεταλλῶν Σερβίας] Illarum argenti fodinarum meminit Bonfinius D. 3. lib. 8. *Mehemetes superiorem prius Mysiam ingressus, fodinas argenti, quæ Despotis erant, occupare nititur. Nouum montem Trepciam & Prifren eius oppida, argenti metallorumque feracissima, obsidet & expugnat.* Maurus etiam Orbinus in Slauorum regno, *Monte nero oue il Turco hæ ricchissime minere d'oro e d'argento.*

Εν μέσῳ Καλλιουπόλεως ἢ Λαμψάκου] Callipolis vrbs ad Hellepontum in Europa sita, a Callia Atheniense olim condita: cum a Turcis Suleimane Bassa duce Callipolis seu Calliopolis capta fuit, & tantæ iacturæ nuncius Constantinopolim perlatus, eo væsanix cæci Græci deuenerant, vt dicerent, *Amphoram vini a Turcis ereptam*, nec de illa arce recuperanda cogitarent. Lampfacus in Asia est, & *Lapsaco* hodie a Græcis vocatur.

Επὶ τῷ Κοτυαίου] Maioris Phrygiæ vrbs, quam Turci *Cutahige* appellant.

Καὶ ἀπὸ Λαοδικείας] Laodicea vrbs Phrygiæ Cappatianæ, Diospolis antea appellata.

Τὸν Μαίανδρον] A Turcis *Madre* appellatur.

Ὁ δὲ Παλαιστὶν πῶς πρὸς Φιλαδέλφειαν] Laonicus lib. 2. refert Imperatorem Ma-
nuelem per caduceatorem iussisse Philadiæ ciues, vt se Baiaziti dederent ac
permitterent: quibus parere reuuentes Baiazites obsidione cinxit, vrbeque po-
titus est. Libro etiam 6. historiæ Musulm. narrat Leunclaius, Baiazitem anno
Christi 1390. Philadelphiam subegisse; quæ per multos annos steterat, postquam
cæteras Asiæ vrbes in ditionem suam Turci redegissent. Philadelphia Lydiæ
vrbs est, Sardium Metropolitæ olim subdita.

Pag. 7. C

AD CAPVT V.

Pag. 8. A

Ο δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης] Quæ ab Orchane eiusque filio Morate gesta sunt dum Christianorum aut vicinorum Turcorum se se rebus immiscent, breuiter enarravit huius historiæ author. Baiazitis deinde initia vsque ad Iohannis obitum leuiter hæctenus perstrinxit: ad eorum deinde narrationem regreditur, quæ in aula Constantinopolitana, & in Imperio Græcorum, quibus Iohannes regnauit temporibus, acciderunt. Rerum ac euentuum præcipuorum seriem exponit, & infortunia narrat, quibus labantis illius Imperij Constantinopolitani reliquiæ, sub Andronico & Iohanne tanquam procellosis turbinibus circumactæ ac iactatæ, tandem perierunt. quarum amplio rem notitiam qui habere cupit, Cantacuzeni historiam & Gregoræ adeat. Iam diximus Cantacuzenum illum ob generis splendorem, eximias insignesque virtutes, quibus domi militiæque claruit, a Gregora & nostro laudatum: accusatum vero a Phranze affectatæ tyrannidis, & in Ioannem perfidiæ. His de obiectis sibi criminibus passim in historia, quam scripsit, purgat se Cantacuzenus, omnemque suspicionem a se, quantum potest, amolitur. quicquid sit coronam Imperialem sibi & vxori bis imponi voluit. Matthæum liberorum suorum primogenitum Despotam designauit, calceosque purpureos induere iussit; Manuelem natu minorem Spartæ Despotam proclamauit: ita vt viam, ad Imperium sibi suisque vsurpandum ac retinendum, sternere voluisse videatur. Vt vero inceptum omitteret, vires, quibus instructus erat, infirmæ ac fluxæ, rerum Imperij perturbatio, quæ attritæ in peius quotidie ruebant, atque imminetia a Turcis pericula suaserunt.

Ibid. B

Ἡ βούλητο ὁ Κατακουζηνὸς κληθεὶς αὐτὸν ἡγεῖσθαι] Phranzes lib. 1. c. 12. tradit Andronicum morti vicinum mandatis supremis præcepisse, vt filius suus ac heres Iohannes filiam Cantacuzeni vxorem duceret, quam ob causam potiori iure affinitatem illam contractam Cantacuzenus cupiebat. Verum Senatorij ordinis huic aduersata est sententia, in quam Annam adducere haud difficile fuit. Rerum quippe summa ex testamento Andronici iam potiebatur Cantacuzenus. quod Annæ Imperatrici Iohannis matri graue ac molestum erat. contracto deinde matrimonio illo, pluribus nitebatur munimentis tutor focerque Imperatoris factus. Hoc loco Lectorem monebimus historicum nostrum in enarrandis rebus, quæ sub Imperatore Iohanne gesta sunt, donec Cantacuzenus monachus & anachoreta fieret, ab hoc non multum dissentire: ex quo non parum auctoritatis ac commendationis ei accedere debet; cum Cantacuzenus diligens ac iudicio præstans historicus sit. Paucis indicabimus illa quæ diuersa apud Cantacuzenum occurrunt, qui res illas singulas amplius & exquisite magis explicatas complexus est.

Lib. 3. cap. 3. Cantacuzenus queritur se a Patriarcha & Apocaucho statim post excessum Andronici petitum esse. Cumque in Tribalos seu Seruios, qui fines Imperij populabantur, moturus esset, vrbe excedit: prius vero quam abeat, Imperatricem adit ei valedicturus. Dum inter se colloquuntur, Cantacuzenum Anna hortatur, vt ante discessum filiam suam Imperatori Iohanni despondeat, quod vt faceret, adduci tunc non potuit, & sponsalia illa post reditum suum distulit. Πρὶν δὲ Βυζαντίου ἔξελθεῖν ἡγόρευεν ἐν βασιλείῳ αὐτῆς ὡς στυγαζάμηνος τῆ βασιλίδι, πρὶν ἡγορεύσειν κελδούσης βασιλίδι πρὶν νεῶν Ἰωάννη τὸν μέγαν Δομέσικον κατεγύσῃν, αἰεβάλλειν εἰς πρὶν ἐπιπόδον ἐκείνος πρὶν ἐν τῆς ἐσπέρας. Antequam vero Byzantio discederet, in palatium iterum abiit Imperatrici valedicturus: quæ cum hortata ipsum fuisset, vt Iohanni Imperatori adolescenti filiam suam desponderet, id facere post reditum suum

ex

tum suum ex occidente distulit. Dissentit ergo a Cantacuzeno Ducas noster, qui eum ambiisse generum sibi Imperatorem adsciscere narrat: eumque repulsæ impatientem, inuidiaque procerum se peti animaduertentem Constantinopolim deseruisse.

Αννης ὡς ὅτι καὶ ἐξ Αλεμανίας ἦν] Ducas eam ex Alemania fuisse dicit; quod Pag. 8. C fortasse Sabaudia Comites Imperio subditos esse sciuerit: vel quod eadem regione ortam, ac Imperatricem ex Ducum Brusuicensium profapia Annam Andronici senioris uxorem, crediderit. Verum Cantacuzenus ipsam ex Sabaudia Comitibus ortam asserit. Quod confirmat Lambertus Vander-Burchius in Sabaudorum Ducum Principumque historia gentilitia, sed illam vocat Iohannam: sic itaque ille. *Iohanna uxor Andronici Palaologi Imperatoris Byzantini, Amedei IV. Sabaudia Comitum VIII. et Iohannæ Brabantinae filia.* Gregoras lib. 8. c. penult. appellatam fuisse Annam, mutato nomine, tradit.

Περὶ θανάτου τῆς σκώτων] Excæcationem ut vitet monent: verosimile enim Pag. 9. A est ipsum excæcandum fuisse, si tunc captus fuisset, ut Imperio ineptus redderetur; ipseque Cantacuzenus lib. 4. sub finem genero suo Iohanni gratias agit, quod Matthæum Cantacuzenum filium non excæcauerit: hic enim Imperium affectabat, & regnante patre Cantacuzeno Despota designatus fuerat. Theophylactus Simocatta Hist. Mauricianæ lib. 4. cap. 6. de excæcato Hormisda Persarum rege a subditis suis verba faciendo hisce exponit, *νυκτὰ κατ' αἰτὴν ὁ λοιπὸν ἀπὸ πρῶτος ἐπιφίζοντο. Nocte perpetua eum damnarunt*, ne ut Cabades olim aufugeret, & contumelias sibi illatas vlcisceretur.

Οἱ δὲ τῆς πόλεως ἄλλον αὐτ' αἰτῶν] In Cantacuzenum, dum Constantinopoli Ibid. A abest Reipublicæ causa, inuidia & odio accensi Patriarcha & Apocauchus coniurant, & ut hostem proscribunt, hicque præfectus vrbi creatus est. Cantacuzenus lib. 3. cap. 22. *Αποκαυχὸν δὲ τὸν ᾤδακχιμῶνδρον ἔχοντα Βυζαντίου ἀποδείξαντες, ἐκέλευον τὸν πόλεμον κινεῖν ὅθεν αὐτῶν δολίχην βέλπον. Apocauchum vero accubitorem Byzantij præfectum crearunt, iusseruntque in quascumque partes, prout ipsi e Republica visum erit, bellum mouere. Quisnam fuerit iste Apocauchus, & vnde ortus, discimus a Cantacuzeno lib. 3. Οὗτος γὰρ δὴ ὁ ᾤδακχιμῶνδρος ἐκ Βιθυνίας ᾠρμαρῶν καὶ ἀσπυροῦ ἐκ Φαυλῶν φῆς. τὰ πρῶτα μὲν ὑπερβαρῆσιν πολλοῖς τῆν τὰ δὴ μῶσια χρήματα εἰσαγαγόντων ὀλίγου ἕνεκα μισθοῦ, &c. Hic accubitor [Apocauchus] ex Bithynia profectus, inglorius, parentibusque vilibus et obscuris natus, primum quidem operam suam mercede tenui vectigalium redemptoribus ad scriptum faciendum locauit. Vocatur etiam a nostro ὀλιχῆς καὶ ἀναδρος. Fortuna tamen vsus secunda ad præcipuas palatij dignitates prouectus est, ita ut Magnus Dux creatus sit.*

Οὗτος μαθὼν τοὺς τὸν Καντακουζηνὸν] Noster Historicus semel in carcerem compactos Cantacuzeni amicos indicat: sed hic historiae suæ libro tertio capp. 36. 87. & 88. sæpius incarceratos fuisse queritur. His vero duobus postremis capitibus de constructione istorum ergastulorum loquitur, & de nece Apocaucho illata. cap. 87. sic narrat *δεσμοτήριον δὲ ἐν τοῖς βασιλείοις Κωνσταντίνου τῶ μεγάλου καμὸν ποιεῖν διανοεῖτο. οἴκου γὰρ ὄντος ἐκεῖ μεγάλου Ιουστινιανείου πρῶτα γερβουρμῆου, τῶ τέρῳ ὑπὸ τῶ γρόνου διεφθαρμένου, πᾶσιν εἰσοδὸν ἀναφράξας, οἰκιστῆς ἐνδὸν ἐκείνου πλείους διελεῖν ἐφ' ἑκατέρῳ μέρει, καὶ τοῖς κατακλείσασιν τοὺς δεσμοτῆρας αἰῶθεν καλωδοῖς καθεῖς, ὥστε νυκτὸς μὲν τοῖς οἰκιστῆς χεῖρα, ἡμέρας δὲ πρὸς μετεῖαν ἀνεῖν τὰς ὑπολελειμμένῳ μεταξὺ χεῖρα. Carcerem nouum in Constantini magni palatio extruere cogitauit: in quo domus ampla de Iustiniani nomine appellata stabat, cuius tecta temporis lapsu diruta erant: aditibus omnibus præclusis, intra illius parietes tuguriola plurima a se inuicem separata ex utraque parte adificare volebat, in qua per superius ostium carcerati funibus demitterentur, in hisque totam noctem*

agerent : per diem vero in area leuanda agritudinis causa deambulare iis liceret. Quomodo vero interemptus fuerit Apocaucus sequenti capite 88. narrat eodem fere modo, quo Ducas noster. Alia vero Constantinopoli gesta sunt, quæ recenset Cantacuzenus, ex quo Apocaucus Præfecturam vr̄bis iniuit, ad ipsius cædem per incarceratos illos patrata. Statim namque Præfectus vr̄bi creatus Apocaucus, aliquos Cantacuzeni amicos interfecit, aliquos in vincula coniecit; quo territi alij ad hunc aufugerunt, & hortantur ne longiores moras nec̄tat: Imperatorisque nomen & insignia quanto ocyus sumat: quorum monitis tandem paruit, & ornamenta Imperatoria induit. Quæ cum ad Annam & Senatū Constantinopolitanum allata essent, iis placuit Iohannem Imp. Palæologum coronari. Apocaucus porro autoritate sibi concessa per superbiam ac proteruiam abutendo, Cantacuzeni matrem diris ac inhumanis modis in carcere vexat: quæ febr̄i tandem correpta, medicorum ope, alimentisque opportunis immanitate sæuissima ei negatis, anno 6850. [Christi 1342.] Ianuarij die 5. diem obiit. His peractis ad Seruiæ seu Triballorum Cralem Stephanum Cantacuzenus abit, & iunctis cum eo fœderibus auxilia sibi parat. Vbi dum moratur, Atinis seu Aidinis F. Amur siue Homur superato Helleponti freto Didymotœchum aduolat, ei opem laturus, qui a Cantacuzena humane ac magnifice excipitur: & per longum tempus frustra expectato Cantacuzeno in Asiam reuertitur. Vnde ab illo euocatus opem fert, & auxiliares copias ei adducit. Cum vero Smyrna a Latinis capta fuisset, eam oppugnaturus Amurius abit, frustra que tentat. Imperatrix ad Orchanem auxilia rogatum Legatos mittit & fœdus cum eo init: quod Cantacuzenus, Orchane in partes suas tracto, interrumpit; iterumque Amurium vt sibi opem ferat accersit. Apocauci deinde consilium de extruendo carcere securum est, & cædes illius ab incarceratis patrata.

Ibid. D

Εκ ἡρώων Ραούλ] Vnde genus duxerit Raulus ille non mihi constat; cuiusdam eiusdem nominis mentionem facit Gregoras lib. 6. duobus in locis, qui a Muzalone relictam Theodoram, Michaelis Imperatoris ex eius sorore Eulogia neptem, vxorem duxit. γυνὴ δὲ ἀπέπεσον τῆ Μουζάλωνος τῆ ἀσπασβεστιαίου, ὕπερον ἔχ τῆ Ραούλ ἀσπασβεστιαίου καὶ αὐτὸς ἡμοιόδου. & infra refert Constantinum Porphyrogenitum Rauli filiam vxorem duxisse: Phranzes lib. 3. c. 23. & 25. Georgij Rauli viri nobilitate generis eximij meminit, qui num ex eadem gente ortus fuerit non mihi constat.

Pag. 10. B

Ὡν εἰς ὁ πατὴρ] Ex hoc loco discimus Historiæ huius authorem ex Ducarum antiqua gente originem paternam duxisse: ex qua Imperatores aliquot orti sunt, Constantinus Ducas, Michael, Alexius Murzuphlus dictus, & quartus Ioannes Vatacia cognominatus: si tamen hic ex eadem gente ortus sit; quem Didymotœcho oriundum ex Georgio Logotheta supra ad cap. 3. didicimus.

AD CAPVT VI.

QUÆ hoc capite Ducas enarrat, videntur potius ante Apocauci mortem, quam postea accidisse: anno nempe 6850. [Christi 1342] quo tempore Ioannes Imperator Palæologus annos x. natus erat, cui ætati impuberi conueniunt verba illa ἡ ἀρχὴ ἐν ἡσπομαζίῳ &c. post mortem enim Apocauci non longo tempore C. Polim ingressus est Ioann. Cantacuzenus anno 6855. [Christi 1347.] quo tempore Palæologus annos fere xv. natus erat, nec amplius puer lactens balbutiensque appellari poterat.

Pag. III. B

Τότε ὁ Καντακουζηνός] Hortatu suorum amicorum imperatoria ornamenta in-

duit Cantacuzenus, crepidas sericas coccinei seu purpurei coloris, quæ insignia fuerunt ab Imp. Constantinopolitanis vsurpata. Zonaras tom. 3. de Basilino quodam remige Imperatoriæ triremis Michaelis Theodoræ filij mentionem faciendo, ἐδίδου αὐτῷ τὰ φοινικέζροα πέδιλα, καὶ παρετέταπεν ὑποδήσασθαι, καὶ βασιλέα ἀνείπε. *Dedit ei* (id est Michael Imperator Basilino) *purpureos calceos*, ἔσ' *induere præcepit*, eumque *Imperatorem appellauit*. Nicetas Choniates in Annalibus duobus locis: primo cum Alexius Comnenus Iohannem filium suum successorem designat, ἐρυθροῦτε οἱ πέδιλου μετεδεδώκει, καὶ βασιλέα ἐδεδώκει ἀναγερῶσθαι. *Crepidias purpureas ei concessit*, *Imperatoremque appellauit*. & tomo 3. de Theodoro Lascari, ὃ ἐρυθρὸν πέδιλον ὑποδύεται, καὶ βασιλὸς Ρωμίων ὑφ' ὅλων τῶν ἐσῶων ἀναγερῶσθαι. *Calceos purpureos induit*, ἔσ' *Romanorum Imperator ab Orientalibus omnibus proclamatur*. Gregoras etiam libro tertio de Palæologorum generis splendore differens, & de contracta affinitate ab Alexio Angelo Imperatore cum Palæologo Alexio, cui Irenem primogenitam filiam despondit, eamque Imperio destinavit. ὃς ἔπειθ' ἡρώης ἀρρένος αὐτὸς εἶπε νύμφη τῷ πτω ἐρυθροῦ ὑποδεδείσθαι κρηπίσι παρετετάχθη· ἵνα εἴη αὐτῆτε, καὶ ὁ τῷ τῆ συζυγιστοῦ μόνος τῆς βασιλείας ἀφ' ἑσῶος. *Qui* [Alexius Angelus] *postquam prolem masculam non suscepit*, *crepidias purpureas induere hanc* [Irenem filiam suam] *præcepit*, *ut ipsa ἔσ' qui ei iunctus esset*, *in Imperio ei succederent*.

Τοῖς δὲ Ρωμίοις ἀφ' τοῖς Φεβρουαρίοις ὄρησι] Theodorus Lascaris II. Iohannis Batatzæ seu Vataciæ filius Iohannem filium suum pupillum moriens reliquit, tutoresque ei dedit Arsenium Patriarcham & Muzalonem. Theodorus, quod futurum verebatur, a successore suo auertere voluit, ideoque semel atque iterum ab aulæ suæ proceribus infimisque iusiurandum exegit, ut filio suo fideles obsequentesque eo constricti se præberent; post illius etiam obitum repetitum ac statim violatum est. hoc de negotio adeundus Gregoras lib. 3. cap. 6. & Phranzes lib. 1. cap. 3. Michael etiam Palæologus, & Muzalonis cædis rei, anathemate dirisque deuoti, & excommunicati sunt.

Ἐνωπιθεῖς οὖν τῶν ῥημάτων τῶν Κωνσταντινουπόλεως] Stephanus Seruiæ Crales Cantacuzeno Pag. 12. A auxilium roganti conditiones tulit, quibus ei opem ferre cogitabat: at duras nimis vias Cantacuzenus haud admisit: Stephanus propterea Cantacuzeno indignatus de vi ei inferenda consilium agitavit, verum per uxorem Cralænam reconciliatus statim fuit. Cantacuzenus lib. 3. capp. 43. & 44. Monendus hic Lector hunc Seruiæ Despotam seu Cralam Stephanum, ad quem Cantacuzenus confugit, ex Nemagna gente fuisse, vocatumque Imperatorem: Byzantinique Imperij prouincias Thessalonicam vsque dominationi suæ supposuisse. Regnare cœpithic Stephanus anno 1331. quo patrem suum Vroscum aulicorum consilio gula fracta interfici iussit. regnavit ad annum vsque 1354. cùm ad Diuolopotamum Thraciæ urbem fato concessit. Successit illi Vroscus vnicus filius, qui Imperium ignauia amisit; aique diras & imprecationes, in filium eiusque posteros iactatas, expertus est. Supra notauimus Lazarum Vulci filium Vroscico partem Imperij paterni ademisse. Maurus Orbinus in Hist. de Regno Sclauorum. Vide etiam ad caput xxx. infra.

AD CAPVT VII.

ΣΥΛΛΗΠΤΟΡΑΣ] Id est, συναγωνιστῶν, ita vt fœdus inter eos intercederet, tam ad propulsandum quam inferendum bellum iunctis semper simul viribus. Pag. 13. C

Ἡκουσε γὰρ ὅτι τῆς Ρόδου φρένοι] Iacobus Bosius qui historiam Religionis & Ducæ Hist. Byz. Ee ij

militiæ S. Iohannis Hierosolymitani Italice scripsit, Smyrnam a foederatis captam ait anno Christi 1344. sed de castro ædificato nullam mentionem facit. Recte equidem conuenit hæc temporis nota cum illis quæ a Cantacuzeno narrantur; nam belli ciuilibus huius initio Homur Didymotœchum venit. Bosio consentit Cantacuz. lib. 3. cap. 68. & a Rhodiis equitibus aliisque belli foedere confociatis captam Smyrnam tradit. *τετάρης γὰρ τέταρες, καὶ εἰκοσι Λατινικῆ καὶ ἕκτε Ροδίων καὶ πινῶν ἑτέρων πρῶσεκδοκασμένα ἐπέπλευσαν τῇ Σμύρνῃ, καὶ ὁπώρας τῶ λιμνὴν Φερούειον εἶδον, καὶ ναῖς ἀνέωρησαν ὅτε ὀλίγας Περσικὰς. Ἀμοῖρ δὲ πρῶν καὶ ἀμυώλιμος ὅτε ἴσχευε πειθεστέα τῆς Λατινικῆς δυνάμεως. *Triremes xxiv. Latinae Rhodiorum equitum, aliorumque Smyrnam bene instructa appulsa sunt, et ab iis castrum portui impositum occupatur, nauesque plurimae Persicae incenduntur. quo cum accessisset Homur, et pro viribus Latinos oppugnaret, ipsos nusquam superare potuit. Manifeste sibi aduersantur Ducas noster & Cantacuzenus: nam si, quæ Cantacuzenus narrat, vera sunt, post Smyrnam scilicet à Latinis occupatam Homurem eam expugnare frustra tentauisse, Cantacuzeno deinde suppetias laturum fretum Hellepontiacum denuo traiecisse: non potuit in oppugnanda Smyrna, ut noster narrat, occubuisse. Qui porro Frerij Rhodi appellantur, sunt religiosi ac milites Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, qui hodie vulgo Equites Melitenses appellantur.**

Pag. 14. C

Εν τῷ Πολιχνίῳ τῆς Σμύρνης.] Anno 1647. vidimus adhuc castrum illud in montis vertice locatum, cuius mœnia integra ferme sunt. Verum omnia ædificia, præter templum, quod in Meschitam Turci transformarunt, diruta sunt. Extat etiam in eo cisterna amplissima, cuius laquearia ac fornices multis columnis fulciuntur. Castrum illud quadratum oblongum est, vicinum illi urbis antiquæ regioni, in qua Acropolis, cuius adhuc mœnium pars cernitur, sita erat. Castrum inferius ad littus maris & portus ingressum situm est, nuncque integrum videtur.

AD CAPVT VIII.

Pag. 15. C

ΑΣΦΑΛΤΩΣΑΣ τὰ φερούεια] Metaphora a re nauali ducta: ut enim naues firmiores sint, nec facile aquam admittant, pice & sebo inunguntur. quod etiam ad nauigationis celeritatem confert. Vfus est autem hoc verbo *ἀσφαλτωῶν*, bitumine inducere, quod pro *πιηοῶν* etiam, id est impicare, vsurpatur. Sed fortasse voluit scribere *ἀσφαλίσας*.

Ibid. D

Abasgi, de quibus hoc capite loquitur, populi sunt olim Iberi dicti ad Euxinum pontum pertinentes.

Cantacuzenus harum turpium & Christiano nomine indignarum conditionum non meminit, quibus cum Orchane foedus & societatem belli Anna contraxit.

AD CAPVT IX.

Pag. 16.

HOC capite de nuptiis Orchanis & Cantacuzeni filia Theodoræ agitur. In eo notanda est varietas & dissensio inter nostrum authorem & Cantacuzenum; hic quippe asserit lib. 3. cap. 92. Orchanem filia suæ nuptias ambiisse; quas cum in aliud tempus reiiceret Cantacuzenus, imo proco respondere differret, ab Homure eam affinitatem vtilem sibi fore suafus filiam suam Orchani despondet. Cantacuzeno soli in sua causa credendum non est: & ve-

rifimilius videtur quod dicit noster, Cantacuzenum filiaē nuptias Orchanī propoſuiſſe, vt fœdus, quod cum eo iungere cupiebat, arctiori vinculo ſtringeret, & Orchanem a priori cum Anna pacto auerteret: alliciendus erat Princeps ille; nec gratiori aut ſuauiori eſca cum in partes ſuas trahere poterat Cantacuzenus, quam nuptiarum ſpe, ac ingentis dotis promiſſis. Phranzes cap. 15. lib. 1. has inter Imperatores diſcordias ad tempora Ameræ Moratis falſo transfert. quod hoc loco notandum fuit.

Ελθόντος δὲ τῆς Καντακουζηνῶδ] Adeundus ipſe Cantacuz. lib. 3. cap. 99. vbi de ſe modeſtius verba facit, quam noster cum loquentem inducit. hortatus eſt equidem Annam, vt ſe ad pacis conditiones adduci pateretur, neve pertinacia ſibi ac liberis malum extremum arceſſeret. Pag. 17. C

Οἱ δὲ τῆς πόλεως] Videndus Cantacuz. lib. 3. cap. 96. vbi queritur ſe contumeliis a Conſtantinopoleos incolis ſæpius petitum fuiſſe. Pag. 18. A

Εἰσεῖσιν ἐν τῇ πόλει] Cantacuz. lib. 3. cap. 99. annum ad marginem notauimus. Ibid. B

AD CAPVT X.

CONSENTIT omnino Cantacuzenus his quæ narrantur a Duca: ad eundem Ibid. D
 dus eſt a cap. 99. lib. 3. ad cap. 10. lib. 4.

Ο δὲ Καντακουζηνὸς ἀνακεκαλυμμένη τῇ κεφαλῇ] Geſtus eſt venerantis, ſalutantis, & officium exhibentis. Codinus Curopalates de offic. Palat. Conſtantinop. vbi de Protoueſtarij officio agit, ipſum nudato capite ad Imperatorem accedere notat, vt e veſte eius floccos, vel quiduis ſordium, ſi caſus ita tulerit, auferat: ita vt apud Græcos caput nudum habere venerationis cauſa in vſu fuerit. Verba Codini talia ſunt. ἐχθρὸν δὲ καὶ τῆς ἰδέας καὶ ζῆλον, καὶ εἰ τι ζουφίδιον ἴδῃ, ἢ πῆλον, ἢ ἄλλο τι περὶ τῆς ἱματίου τῆς βασιλείας, ὅσκιάδων, ἢ ὡς ὅ κεκαλυμμένα τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐκβάλλων, πλὴν χεῖρα ἐκτείνων ἐπαίρει ἢ καθαίρει τῆς ἀνερωτικῆς. Hoc etiam ei ſoli [Protoueſtario] officium peculiare obeundum, vt ſi togæ Imperatoris floccum, lutum aliaſue ſordes adherere viderit, umbella ſeu capitis tegmine depoſito manum extendat non vocatus, & detergat.

Ἐπιμύζονται τῷ νύμφῳ γάμοι] Cantacuz. lib. 4. cap. 1. ait in Blachernis, & templo ſanctiſſimæ Virginis nuptiarum ſolemnia peracta eſſe, quoniam anno ſuperiore 6854. [Chriſti 1346.] terræmotu S. Sophiæ templum quaſſatum fuerat, & veſtibili pars conciderat; cubæ etiam ſeu tholi pars rimis dehifcebat: quas ruinas Iohannes Imperator inſtaurauit. Nuptiæ porro celebratæ ſunt Maij die 21. quo memoria Conſtantini Magni, eiſque matris Helenæ ab Eccleſia Orientali peragitur. Pag. 19. B

Πολλά τὰ ἔτη] Ad multos annos, Mos vſurpatus in aula Conſtantinopolitana, in feſtis celebrioribus annos multos Imperatoribus precari, vt apud Codinum Curopalatem videre eſt multis locis: & vno verbo dicebant, πολυχρονίῳ τὸν βασιλέα. hicque mos adhuc durat in Eccleſia Conſtantinopolitana; vt ſacram liturgiam celebranti Patriarchæ ex Eccleſiæ officialibus vnus aliquoties, ſed per interualla acclamet, ἐσπολλά ἔτη δέσποτι. quæ etiam verba tanquam βυζαντινὰ a Græcis nunc vſurpantur, cum gratiam officio vel muneri accepto verbis reponunt, dicunt enim, ἐς πολλὰ ἔτη, multos annos precantes.

Ομοίως καὶ ὁ Καντακουζηνὸς Ἰωάννης] Cap. 4. lib. 4. iterum ſe coronatum fuiſſe Ibid. hoc anno Maij 13. ſcripſit: voluiſſe etiam vxorem ſuam coronari. Adriano-poli iam coronatus fuerat, quare denuo ſibi coronam imponi voluerit, hanc ipſe rationem affert: Καὶ τοῖγα αὐτὸς ἐν Αδριανουπόλει ὑπὸ Λαζάρου τῆς τῶν Ἱεροſολύμων Πατριάρχου ἐτέφθη· καὶ ἀπέχρησεν αὐτῷ ἢ τῆς ἀγίου μύρου χεῖρις ἐκείνη πρὸς ἀφρο-

νοδοῖν· ἵνα δὲ μηδεμίᾳ εἴῃ παρέφασιν τοῖς ὑβρισταῖς ὡς ἀρεῖ μὴ ἐν Βυζαντίῳ καὶ τὸν ἀρχαῖον τῶν βασιλέων ἔθος ἐφεπτο, καὶ τὸ δδύτερον αὐτὸς ἐτελεῖτο. *Iam ipse Adrianopoli ab Hierosolymorum Patriarcha Lazaro coronatus fuerat : illaque sancti chrisimatis unctio apud beneuolos sufficiebat. ne uero occasio ulla calumniandi maledicis & sibi iniquis relinqueretur, quod ex more ab Imperatoribus antiquitus seruato Byzantiij coronam non suscepisset, solemnis iterum incoronatio repetita & peracta est.* Hic ritus aliquatenus necessarius ad res in illo Imperio autoritate Imperatoria gerendas habitus est. Quoniam equidem Constantinus, qui in Constantinopoleos expugnatione occubuit, coronatus non fuit, Imperator a nostro censerī non videtur; Iohannem enim Palæologum Manuelis F. Palæologinæ stirpis vltimum infra appellat, & Constantinum illius fratrem Despotam solummodo vocat, postquam mortuo Iohanne ipse res Imperij Constantinopoli administravit. Michael Palæologorum primus, vt res Imperij administraret, eiusque autoritate & auspiciis gererentur, coronam suscepit: interim cum legitimus heres non coronaretur, quod per ætatem puerilem rebus gerendis ineptus esset. eaque solemnī cærimonia Imperij non tantum insignia, sed & legitimam potestatem traditam esse videri potest. & ad tempus etiā concedi potuisse: siquidem Patriarcha Arsenius, qui Michaelē coronauit, imperium ei continuum non concessit. πλὴν (ait Gregoras lib. 4.) ὅτι αὐτῷ γε διενεκῆ πλὴν ἀδελφεικῶν ἀρχῶν ἡμελίζεται, ἀλλ' ὡς τῶν παρεργμάτων τέως ἀναγκάζοντων διοικεῖν αὐτὸς αὐτῷ, μέχρις αὖ ἐς ἡβλιὸν ὁ γήσιος τῆς βασιλείας κληρονόμος ὄμοῦ καὶ ἀφ' αὐτοῦ φθάσει· τότε δὲ αὐτὸν ἐκόντα παρεργαρεῖν ἐκείνῳ μόνῳ τῶν τε ἀδελφεικῶν ἀρχῶν, & πρώτων ἀμὰ βασιλικῶν συμβόλων. *Verumtamen perpetuum ipsi Imperium non concessit, sed ut tantisper, rebus ita flagitantibus, Imperium administraret, dum legitimus heres adolescentiæ annos adeptus in Imperio etiam succederet: tum solio Imperatorio ac ornamentis illi soli sponte cederet.* Ex Cantacuzeno idem constat lib. 3. cap. 36. Nam vt autoritatem Iohannis Palæologi Cantacuzeno opponerent Anna Imperatrix Senatusque Constantinopolitanus, illum coronari curarunt, vt eius auspiciis ac autoritate legitima res geri possent. At vbi certa est in Imperio successio, statim ac decessor obiit, hereditus ac titulus, Regiæque maiestatis insignia cedunt: nec illa vnctio aut coronatione opus habet, vt Regem agat, rerum summa potiat, eiusque auspiciis ac nomine cuncta gerantur.

Περόντες οἱ μὲν ἐκ Σεσῶν πρὸς Ἀβυδὸν] Ducas inuertit situm locorum. Turci enim ex Asia in Europam traicientes ἐξ Ἀβυδδου πρὸς Σεσῶν uehebantur, Abydus enim Asiæ littori, Sestus Europæo adiacet.

Τότε καὶ Σουλῆμαν' εἰς τῶν ὑπὸν τῆς Ὀρχανῆς] Videndus Cantacuzenus lib. 4. cap. 10. qui Suleimanem Orchanis filium in hac expeditione occubuisse non refert: eiusdemque libri cap. 38. illum Callipolim terræ motu euersam de integro ædificasse & muniuisse narrat. Leunclavius historiæ Musulmanicæ lib. 4. in quo res ab Orchane gestas exponit: nulla prorsus mentione facta foederis inter Annam Imperatricem & Orchanem sociati: aut etiam affinitatis inter hunc & Cantacuzenum contractæ: res Turcorum auspiciis gestas solummodo narrat, Suleimanisque in Chersonesum expeditionem: vbi fato illum concessisse scriptores Turci tradunt: in hoc tamen variant, cum quidam asserant ante captam a Turcis Callipolim Suleimanem obiisse; alij eius ductu & auspiciis compulsam ad deditioem fuisse.

AD CAPVT XI.

HOc capite narrat Ducas noster causas ob quas Iohannes Palæologus Imperator a focero iterum alienior factus, Constantinopoli relicta, in Italiam & Germaniam discesserit: vbi transacto biennio, & collectis pecuniæ subsidiis, ad urbem aduersus Turcos tuendam, Tenedum reuertitur: ibique Gatelufium nactus, cum eo de Constantinopoli & Imperio recuperandis consilia agit. Phranzes lib. 1. cap. 15. Gatelufij nullatenus meminit, nec etiam profectiois Iohannis Palæologi in Italiam, antequam focerum vrbe ac Imperio pelleret. imo cap. 17. postquam solus regnare cœperat, auxilij contra Turcos petendi causa illam profectioem suscepisse scribit. Cantacuzenus lib. 4. c. 33. tradit Iohannem Palæologum, quem candidum ac simplicem dicit, a quibusdam aulicis ei familiaribus excitatum ac irritatum fuisse: hisque rationibus in sententiam eorum pertractum: quod scilicet Cantacuzenus res Imperij solus gereret ac moderaretur, totam potentiam in se traheret, destinatisque ad Imperium filiis, Iohannem legitimum heredem priuatam agere vitam artibus suis cogeret. Ab iisdem etiam Cantacuzeno obiiciebatur, quod inermis Iohannes Thessalonicæ relictus Turcorum incursionibus expositus esset: dum vniuersas copias contra Seruiæ Cralem duxerat Cantacuzenus. His itaque permotus Palæologus etiamnum adolescens cum focero similtates odiaque occulta exercere cœpit, Tenedum aufugit, & inde Constantinop. spe potiundi vrbe ductus reuertitur. Verum Cantacuzeni factio, opes, apud multitudinem gratia, atque etiam Imperatricis Cantacuzenæ diligentia, Iohannis molimina irrita reddiderunt, vtque Galatam se reciperet, adegerunt. Tandem, cum Palæologus focerum in Imperatorio sedere solio diutius ferre non posset, Tenedum repetit, vbi conscensa vna biremi, Constantinopolim vectus urbem recuperat, simulque Cantacuzenus vitam monasticam amplectitur. Nullum equidem de Gatelufio verbum facit Cantacuzenus, quamuis certissimum sit Genuensem illum egregiam operam Iohanni Palæologo nauauisse. Quodque Cantacuzenus Gatelufij facinus tacuerit, merito in suspicionem venit multa silentio transmisisse, quæ ipsi dedecus ac famæ detrimentum creare poterant. De Gatelufio, præter nostrum Ducam, præclare differunt Genuensis historiæ scriptores. Augustinus Iustinianus Episcopus Nebiensis in Annalibus Italice scriptis ad ann. 1355. *l'Imperatore di Constantinopoli nominato Calo-Johanni con aggiunto di Francesco Gattilufio Genoesse scacciò vno nominato Catacozino, che gli occupaua parte del imperio: e per gratitudine diede sua sorella per moglie al detto Francesco, e per dote li diede l'Isola di Metellino.* Vbertus Folieta lib. 7. Hist. Genuensis. *Nonnulla in historia nostra inferere haud abs re duxi, quæ a ciuibus Genuensibus priuatim gesta, quamquam rempublicam nihil attingunt, dignitatem tamen ciuitatis nostræ augment, quæ tales viros tulerit, qui virtute clarisque gestis rebus, ad magnos honores magnamque potentiam apud maximos principes peruenerunt, qualis fuit Franciscus Catalufius, cuius viri in Græcorum historia plurima est mentio. Is igitur vir classium Græcarum præfectus, fortem & fidelem Iohanni Græco Imperatori multorum annorum nauatam operam egregio facinore cumulauit. Conatus enim Cantacuzeni magnæ nobilitatis ac potentia hominis, ingentibus motibus aduersus Cæsarem consurgentis, bona ditionis Constantinopolitanae parte iam illi adempta, opera & consilio suo compressit. quod promeritum Cæsar insigni premio remuneratus est; insula Lesbo illi & successoribus fiduciaria tradita, sororeque sua in matrimonium data. quæ anno 1355. accidisse notat etiam Folieta. Petrus quoque Bizarus lib. 6. Histor. Senatus Populique Genuensis eadem de Catalu-*

fio scripsit; addidit solummodo, *triremes in subsidium Calo-Iohannis Græci Imperatoris cum Genuensibus confœderati, aduersus Cantacuzenum, qui magnam Imperij partem illi abstulerat Byzantium transmissæ.* Vult itaque auspiciis viribusque Reipublicæ Genuensis, non priuati viri Catalufij opibus gestum id fuisse. Ad eundem etiam Laonicus lib. 10. de rebus Turcicis, vbi de Catalufiis occasione sibi, ex narratione status insularum maris Ægæi, totiusque Archipelagi, data, obiter differit. ita vt dedita opera nomen Catalufij subtraxisset Cantacuzenus videri possit: ne Imperator in Imperij sede priuati hominis stratagemate oppressus diceretur, quod ipsi turpe ac infame futurum erat: præcipue cum illius vxor Cantacuzena Imperatrix tam egregiam ac strenuam operam antea nauasset: vt Constantinopolim inuadentem Iohannem Palæologum repelleret, & Galatam petere cogeret.

Ibid. A

Καὶ εἰς Ἰταλίαν ἀφίκετο] Parachronismum proculdubio hic admisit Ducas, qui Iohannem Palæologum in Italiam profectum esse tradit, antequam Imperio Cantacuzenum deturbaret. Phranzes, vt iam notauimus, ei aduersatur. Laonicus etiam lib. 1. Iohannis profectionem post expulsum Cantacuzenum contigisse memorat, rerum apud Turcos summam obtinente Morate, qui patri suo Orchani anno 1359. successit, quatuor post Cantacuzenum regno pulsum annis. Profectionem illam susceptam fuisse a Iohanne Palæologo ab anno Christi 1367. ad 1371. ex Pauli Mauroceni Patricij Veneti historia constat lib. 13. *Perciò Giouanni Paleologo Imperatore non contento de soli officij de gli Ambasciatori, per rappresentare il bisogno, si risolse venire egli medesimo in Italia, e nelle prouincie Occidentali, sperando con la forza di sua presenza dal Pontefice e da gl'altri Principi ottenere quei aiuti, che fossero al suo pericoloso stato necessarij. Nel ritornare a Constantinopoli si condusse a Venetia, onde con ogni cortesia & honore receuuto, di vinti cinque mila ducati fù accommodato, & in oltre per le sue galee di quattro cento stara di biscotto, & il figliuolo che haueua seco con altro nobil dono presentato.* Laonicus & Phranzes cum Mauroceno non sentiunt in modo, quo Venetiis habitus est Iohannes. Ille lib. 1. tradit a mercatoribus Venetis, qui pecunias ei crediderant, quo minus discederet, nisi soluto ære alieno, prohibitum fuisse. Hic cap. 17. lib. 1. Manuelem Ioannis filium pecuniam patri attulisse quo se alieno ære exolueret.

Ibid. D

Τῆς Ὀδηγητείας] Paruahæc porta Odegetriæ, seu viæ monstratricis, ea forte est quam Græci Contoscalij vocant, quæ in murorum parte Bosporo adiacente aperta est; de qua Leuncl. in Pandectis Hist. Turc. num. 201. Gillius Contoscalam vocat lib. 1. cap. 20. Topograph. Constantinopoleos. Cantacuz. lib. 4. cap. 39. de illo appulsu Iohannis Palæologi ad Constantinopolim, *ἀθρόον μηδενὸς εἰδδὸτος ἐπέπλευσε Βυζαντίω, καὶ ἐγγύεω νυκτὸς ἐνδὸν τῆ ἐν Ἐπτασκάλω νεωρείου. Confestim omnibus insciis Byzantium nauigauit, & nocte nauale Heptascali ingressus est.* Porta illa inter portas Psamatij & Catergolimenis sita est; & a nostro vocatur ὀδηγητείας a Monasterio τῶν ὀδηγῶν, in quo Beatissimæ Virginis Mariæ imago miraculis clara colebatur.

Pag. 21. A

Τὰς λαίνας] Vox est idiomatis vulgaris Græci, figulus λαίνας dicitur, vas fictile λαίνι.

AD CAPVT XII.

DE excæcatione Cuntuzis & Andronici ad eundem Laonicum lib. 1. qui Saugen, non Cuntuzen appellat, & natum maximum filiorum Moratis fuisse dicit. Iohannes Imp. aceto feruido Andronici oculis infuso eum excæcauit. Phranzes lib. 1. c. 16. Moratis istum filium appellat Mosen Zelebin, & patris iussu capite plexum fuisse ait. De illorum excæcatione Leunclavius nullum verbum facit.

Εν τῷ πύργῳ τῆς Ανεμῶν] Leunclavius in Pandectis Histor. Turcorum docet se a Zygomala didicisse Constantinopoli turres illas, quas Leonardus Chienfis in narratione expugnationis Constantinopoleos Aueniades appellat, vero nomine Anemanis turres vocari, & esse eas, quæ in arce Pentapyrgo, ad angulum urbis Orientalem, iuxta Blachernarum templum, sita visebantur.

Διετῶν δὲ ἐν φυλακῇ] In carcerem coniectus est Andronicus a patre excæcatus, vt c. 16. narrat Phranzes: ex eo vero extractus est, cum proceres Constantinopolitani Ameram Moratem, vt liberaretur exoratum habuerunt. narrat postea Iohannem in Italiam profectum, Andronicum excæcatum Despotam rebus Imperij interea procurandis præfecisse: at, vbi reuersus fuit, Manuelem filium suum secundo genitum, vniuersis applaudentibus, Imperatorem proclamasse. quod indigne ferens Andronicus, ad Baiazitem aufugit: & auxilia ab eo consecutus, urbem noctu ex improviso adortus, patrem fratremque cepit, & in carcerem compegit: qui post duos annos cum semisse, Bulgaris custodibus deceptis, ad Baiazitem aufugerunt: tributaque annua pendere polliciti, in Imperium reducti sunt. Hac de re Laonici narratio lib. 1. hist. de rebus Turc. valde confusa est, nec his consentit. vult etiam ante Andronici excæcationem Iohannem in Italiam discessisse. De Andronici ad Baiazitem profectio lib. 2. agit.

Δανδον καὶ Ηρακλεῶν] Apud alios legitur Daonium: oppidum est Thraciæ maritimum sub Heracleensi Metropoli. Heraclea, quæ hodie Propontidi adiacet, & Metropolis est, olim Perinthus appellata fuit, vt clare docet inscriptio, quam Heracleæ anno 1647. Maij die 1. ex marmore transcripsimus; Lapis ille marmoreus olim fuit Stylobates, cui Imperatoris Seueri statua imposita erat. Parieti templi Metropolitanæ Heracleensis, quod templorum Christianorum per Græciam vniuersam residuorum elegantissimum est, transuerse insertus visitur lapis ille, non erectus: & qui illum inseruere fabri, forinsecus inscriptionem apparere, vt legeretur, voluerunt: illam in marmoribus Arundellianis Seldenus transcripsit pag. 55. sed corruptam: qualem ipsi legimus, hic proponimus:

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ
ΣΕΠΤΙΜΙΟΝ ΣΕΟΥΗΡΟΝ
ΕΥΣΕΒΗ ΠΕΡΤΙΝΑΚΑ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΑΡΑΒΙΚΟΝ
ΑΔΙΑΒΗΝΙΚΟΝ ΠΑΡΘΙΚΟΝ
ΜΕΓΙΣΤΟΝ ΗΒΟΥΑΗ ΚΑΙ
Ο ΔΗΜΟΣ ΤΩΝ
ΝΕΟΚΟΡΩΝ
ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ

{ Ultima syllaba duarum vocum Σε-
πτιμιον Σεουηρον ita scripta sunt, vt
intra O, τὸ N, comprehendatur.

Quæ statua posita fuit proculdubio a Perinthis: quando capta a Seuero, quæ ei fame compulsa se permisit, Byzantium, muris, balneis, publicisque ædificiis eius dirutis, in vici formam redacta, omni iurisdictione priuata, Perinthis attributa est, vt Dion Nicænus in Seuero prodidit, καὶ διασημοφόρον ἀποφύλας, τὰς τε οὐσίας τῶν πολιτῶν δημόσιας, αὐτῷ τε καὶ τῶν χόρων αὐτῆς πῆς Περεινθίοις ἐχρημάτισεν. Vectigalem eam reddidit, ciuiumque bona in fiscum publicum redegit: ipsamque eius agrum Perinthis gratuito attribuit. In ista inscriptione hæc verba, ὁ δῆμος τῶν νεοκόρων, significant Vniuersita-

tem, vel collegium Sacerdotum, vel *Ædituorum*. Latini hac etiam voce vfi sunt, vt apud Grutherum Inscriptionum libro legimus pag. 1102.

VETTIO AGORIO PONTIFICI.
VESTÆ PONTIFICI.

SOLI QVINDECIMVIRO, AVGVRI,
TAVROBOLIATO, CVRIALI, NEOCORO,
HIEROFANTÆ, PATRI SACRORVM.

Zofimus, qui tempore erecti huius monumenti posterior est, lib. 1. etiam testatur fuistemporibus Perinthi nomine omisso, Heracleam vocatam fuisse. *Ἀνατολί-
κουσι αὐτῶν καὶ πλὴν Πέριουλον, ἢ νῦν Ἡεράκλεια μετωνόμασαι.* Stephanus de urbibus idem testatur.

Ibid. D Τὸν δὲ Μανουὴλ σέφει ταμίσις] Annum quo Manuel Imperator designatus est, excæcato Andronico, habemus in themate cælesti, erecto ad Meridianum Constantinopoleos ipso meridie, anno mundi 6882. Septembris 25. id est, anno Christi 1373. Sic se habet, *ἡμεῖς γεγενῆσθε ἐπὶ τῇ ἀνατολίᾳ καὶ τοῦ Μανουὴλ, τῆς ἡμέρας τῆς βασιλείας Ἰωάννου τῆς Παλαμολόγου, ἑποῖς ἑξήκοντα μίλι Σεπτεμβρίου καὶ ἐπὶ αὐτῆς τῆς Μεσημβρίας.* Horoscopus Sagittarij gradus 17. Dom. 2. Capricorni grad. 19. m. 40. Dom. 3. Aquarij grad. 27. m. 20. Dom. 4. Arietis grad. 10. Dom. 5. Arietis 27. m. 20. Dom. 6. Tauri grad. 19. m. 40. oppositæ domus sex inde haberi possunt. loca vero planetarum sic se habuerunt: Sol in Libræ gradu 10. m. 21. Luna Capricorni gradu 8. m. 44. Saturnus, Capricorni grad. 27. m. 30. Iupiter, Cancri grad. 26. m. 22. Mars, Arietis grad. 12. m. 28. Venus, Libræ grad. 12. m. 10. Mercurius, Libræ grad. 18. m. 37. Nodus Ascendens seu caput Draconis, Virginis grad. 28. *κλήρος βασιλείας*, seu Sors regia in Capricorni grad. 9. Τυχὴ, seu Pars fortunæ, Piscibus grad. 15. 43. Quiuis ex istis, Themate delineato, planetas & alia puncta cæli per domus distribuere poterit. Hocce porro Thema cæleste nacti sumus in Bibliotheca Serenissimi Magni Hetrurix Ducis FERDINANDI II. Principis Sapientissimi & erga litteratos humanissimi.

AD CAPVT XIII.

Pag. 24. B

ΕΠΕΙ δὲ ὁ Βασιλεὺς] Supra cap. 4. legenda sunt quæ scripsit Ducas. *Καὶ καὶ μὴ τὸ πρῶτον*] Supra adnotauimus Byzantinos Imperatores tributa obtulisse, adeoque a Turcis Imperium precario obtinuisse. Laonicus porro, Phranzes & Leunclavius nullam mentionem faciunt munitæ a Iohanne Imperatore Constantinopoleos: aut tributa ei a Baiazite imperata fuisse.

Ibidem

Ὁ βασιλεὺς Μανουὴλ σὺν ἑκατον] Non solum Manuel, si Phranzæ credimus, sed & illius pater Iohannes Baiaziti militarunt, vt narrat lib. 1. cap. 16. & Laonicus lib. 2.

Ibid. D

Ἀλλὰ δὲ ἑτέρων ἀναθεμάτων] Georgius Cedrenus in Mauricio meminit templi illius Quadraginta Martyribus dicati: quodque a Tiberio inchoatum a Mauricio Imperij sui anno octauo absolutum. eius verba talia sunt: *πρὸς δὲ αὐτῶν ἔπειτα Μαυρίκιος τὸν ναὸν τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα, ὃν ἀπῆρξατο Τιβέριος, ἀνεπλήρωσε.* Zonaras iisdem fere verbis Tomo tertio. De templo sancti Mocij mentionem facit idem Cedrenus in Basilio, qui collapsum refecit. *ἐπεποιήσαντο καὶ τὸ μέγα τέμενος Μωκίου τῆς ἁγίας, καὶ τὸ ἄδυτον τοῦτου καταβλήθην ἀρχὴ γῆς, ὡς καὶ πλὴν ἱερῶν κατεδάσαι πέπεσαν, ἐπιμελείας ἠξίωσε καὶ τῆς πτώματος ἠγάρε.* *Martyris Mocij templum deinceps absoluit: adytaque in terram usque prolapsa, quorum ruina sacra mensa fracta ac disrupta fuerat, refici, & de integro instaurari curauit.* Iohannes quoque

Curopolates huius templi, quique illud refecit, Basilij meminit. De omnium sanctorum templo, de quo Ducas hoc loco verba facit, nihil præterea legi.

Ἀπὸ τῆς ἑρυσείας πύλης] Arcem istam Ioannes ædificauerat in mœnium vrbis angulo, qui ostio Propontidis & Bospori Thracij adiacet : in quo Mehemetes II. post captam CP. castrum ædificari iussit, quod a septem turribus *Iedi-cula* Turcice appellatur : hodie desertum pene visitur, & a paucis hominibus habitatum. Aurea illa porta nunc etiam, vt & Leunclauij temporibus clausa est. de hac arce infra cap. 45. Ducas mentionem facit. Pag. 25. A

Ὁ αὐτοβασίλειος Ἰωάννης] De hoc Iohanne Imperatore, eiusque libidinibus & lasciuia Laonicus lib. 2. vbi scribit ipsum Manueli filio suo sponsam Trapezuntini Imperatoris F. abstulisse, & quamuis podagra confectum, vxorem duxisse.

Ἐνὰ τῆς αἰσῆς κριτῶν] Omnes Musulmani hoc semper ambierunt, vt in Christianorum, quas incoluerunt, vrbibus Cadizios seu Cazileros, a quibus iudicarentur, suos haberent. Messitas se habuisse Constantinopoli iactant Musulmani, Constantino Copronymo, eiusque successore Leone regnantibus : quod tradit Leuncl. lib. 1. hist. Musulm. Inter monumenta MSS. Nicolai Fabri Pierescij viri clarissimi, & in antiquitate inuestiganda accuratissimi, repertum est exemplar pactorum olim fœderum inter Imperatorem Fridericum Siciliae regem, & Abu-Issac F. Abu-ebraim, nepotis Abi-Hafri. anno Hegiræ 628. Ziumadiachir, id est, secundo mediante seu die 15. fuit annus Christi 1231. Aprilis 21. die Dominica : eo namque anno littera Dominicalis fuit E. cœpit vero annus Hegiræ 628. anno 1230. Nouembris 9. feria 7. In illorum fœderum diplomate talia verba leguntur ex versione Marci Obelij Citeronis. *Et vt etiam detur illis dimidium tributi insula Cosira signatum & ordinarium tempore messis solita. Neque habeant Christiani in prædicta insula Cosira iurisdictionem super vllum Mahumetanum, præter præfectum Mahumetanum missum a prædicto Rege Siciliae nomine suo, ad regendos tantummodo populos VNITATIS, & sit occupatus in negotiis populi Vnitatis, quem Deus honorificet.* Ex quibus patet omnino Musulmanos seu Mahumetanos semper in eo laborasse, vt a Christianis iudicibus lites eorum minime dirimerentur, sed a suis Cadiziis. In verbis allegatis notandum est Cosiram vel Cossyram insulam iacere inter Siciliam & Africam, hodieque *Pantalaream* appellari. Per populos VNITATIS Mahumetani intelligendi sunt, non propterea quod Deum haud in personarum Trinitate, sed in vnitatem tam essentialiam quam personæ adorent ; verum dicuntur populi Vnitatis, id est, concordiam, quoniam inter se concordiam & consensum diutissime seruarunt, & propterea *Jslami*, id est, vnanimes, sunt appellati, vt passim adnotat Leunclauius. Fridericus, qui cum Abu-Issac fœdus iniuit, nomine secundus est, Friderici Ænobarbi nepos. De isto iudice Musulmano Constantinopoli instituto Laonicus lib. 2. adnotat. Andronicum luminibus priuatum hanc conditionem Baiaziti, cuius opibus ac viribus Imperium recuperare sperabat, proposuisse, præter vectigal annuum Imperij causa soluendum, & ἀρμυσὴν ἔχει ἐν τῇ πόλει, *Iudicem se in vrbe habiturum* : quem scilicet e Musulmanis Baiazites dedisset. Verum Laonici perturbatæ narrationi ac confusæ parum fidei adhibendum esse mihi videtur. Ibid. D

Τότε ὁ τῦρανος] Leunclauius lib. 6. in Gilderune Baiazite agrum Thessalonicensem tunc solummodo occupatum fuisse a Turcis memorat, vrbem neutiquam prout a quibusdam traditum est. Pag. 26. A

Ἀπὸ Παρίδου] Panidus vrbs ad Propontidem sita, olim Pactya dicta & Paros. Ibid. Plinio lib. 4. cap. 11. Pactie vocatur.

Ἀβρενέζω δρχηρόν] His temporibus res gessisse Eurenosem in Thessalia ad Serras Leunclauius tradit, sed Phranzes lib. 1. cap. 20. item cap. 29. Brenezem in Ibid.

Peloponesum missum esse scribit, & ita cum nostro Duca sentit. Hic Eurenoses ab vno e tribus Ducibus, cum quibus Othmanes fœdus ac societatem iniuit, & qui inter Turcos nobiles habentur, genus ducebat; alij erant Marcozogli, a quodam Marco Religionis Christianæ desertore, & Michalogli ab alio Michaelle appellato, pariterque apostata, genus ducentes.

Του ερχόμενου] Turachanides a quodam Turachane nobili etiam inter Turcos habito. Infra de Abranezidis & Turachanidis Cineites loquitur, vt de nobilitate ac antiquitate generis illustribus cap. 26. pag. 95. Leunclau. in Pandectis cap. 27.

Ibid. *Η δὲ πόλις ὄχι εἶχεν*] Per totum fere decennium vrbs Constantinopolis a Baiazite circumfessa fuit admodumque vexata, vt narrat Phranzes lib. 1. cap. 19. sub finem. Verum cœpisse circumdari milite Turco, postquam pugnatum ad Nicopolim fuit, memorat. Ducas vero noster ante prælium id commissum cœptam obsideri scribit: & cum eo conuenit Leunclaius lib. 6. Hist. Musulm. qui Baiazitem terra marique Constantinopolim obsedisse narrat ante pugnam ad Nicopolim initam.

Ibid. C *Καμφέντες οὖν ἔπει τούτοις τοῖς λόχοις*] Adeundi Laonicus lib. 2. Phranzes lib. 1. cap. 19. Leunclaius lib. 6. Hist. Musulm. Bonfinius Hist. Hungaricæ Decadis 3. lib. 2. Froissardus vol. 4. cap. 79. & seqq. alii que.

Pag. 27. C *Τὸν Δούκα τῶν Φλανδρῶν*] Hic est Iohannes Dux Niuernensis, Philippi Audacis Burgundiæ Ducis F. Iohannis Galliarum Regis N. Omnes porro æui illius æquales historici acceptæ a Sigismundo tam insignis cladis culpam in nostros conferunt, qui Turcorum modum ac artem pugnandi nescientes, temerario impetu in perniciem suam cæterorumque ruerunt. Annus autem huius prælij varie a diuersis proditus est. Turcorum annales, quos sequitur Leunclaius, illam Christianorum stragem editam a Musulmanis tradunt anno Hegiræ 794. qui cœpit anno Christi 1391. Nouemb. 29. fer. 4. quapropter pugna illa commissæ est anno Christi 1392. Turcorum Chronologiam sequutus est Caluissius in prima editione: sed perperam scribit anno 1391. Nouemb. 27. cœpisse annum Hegiræ 794. fortasse error est typographicus: in posteriori vero editione ad annum 1396. transtulit. Quare vero Turci anno Hegiræ 794. hocce prælium commissum esse scripserint, causam, vt mihi videtur, valde probabilem adducam. Ex Hist. Hungarica Bonfinij Decad. 3. lib. 2. constat Sigismundum Hungariæ regem, post cæsum profligatumque Walachorum Turcorumque exercitum, Nicopolim minorem obsedisse, & expugnasse anno Christi 1392. hanc cladem a suis passam, vt ex annalibus suis expungant Turci; anno 1392. quo eorum exercitus cæsus est, prælium Nicopolitanum adsignant, insigne Christianorum strage ac cæde: duas ergo pugnas confundunt, & sibi prosperam in annum 1392. transferunt, vt improspere memoriam oblitterent. His aduersantur Froissardus loco citato, qui accidisse ait anno 1396. die Lunæ seu feria 2. ante festum S. Michaelis, qui fuit Septembris 25. quoniam anno illo fuerunt litteræ Dominicales B, A. Bonfinius Decad. 3. lib. 2. contigisse ait Kalend. Octob. anno 1396. Brassouix seu Coronæ in Transsylvania in Ecclesiæ parietibus ita scriptum legitur, ANNO 1396. SIGISMVNDVS INFOELICITER PVGNAT AD NICOPOLIM CONTRA BAIAZITEM SEPTEMB. 28. ita refertur in volumine Scriptorum Hist. Hungaricæ. His Maurus Orbinus in Slavorum Historia consentit. Buntingus & Vbo Emmius in Chronologia anno 1395. contigisse scribunt. At Phranzes, quem hætenus Latine solum habemus, illam cladem ad annum mundi 6900. id est, Christi 1392. refert, & Turcicis congruit Annalibus. vbi notandum etiam, Phranzem post pugnam illam Nicopolitanam, Christianis tam lugubrem, Manuelis in Italiam discessum,

vt & Ducam collocare; Ex Hist. Veneta constat anno 1395. Manuelem Constantinopoli soluisse, & Venetias accessisse: quod si huius profectio, cladem ad Nicopolim secuta est: annus prælij Nicopolitani antecessit annum 1395. Quomodo conciliari possint ista, non video: sed nostris authoribus fidendum potius existimo, qui accuratius, & hoc loco meliori, quam Turci, fide tempora obseruarunt.

Δόντες ἐξ ἑσῶ τὸν ἀδελφὸν Μιτυλιώης] Idem scribit Froissardus de sponcione facta a Principe Mitylenes; verum in rebus ac Geographia regionum Orientalium ignarum admodum ac imperitum se prodit. Ibid. C

Hoc autem loco rem adnotare, quæ ad pugnae illius Nicopolitanæ historiam pertinet, alienum prorsus non erit. Inter Gallia Principes, qui ei interfuerunt, Philippus Artesius regiae profapia Princeps, Comes de Eu, & Francia Conestabularius recensetur: isque vna cum Iohanne Niuernensium Duce captus est. De eius obitus die & loco, vbi fato concessit, Historicos nostros & monumenta, quæ Constantinopoli extant, inter se dissentire animaduerto. Clarissimi viri Sammarthani fratres Genealogia domus Francia lib. 30. Philippum Artesium Prusæ, vulgo Burusæ, die 3. Iunij anno 1397. fato functum fuisse tradunt: eiusque cadaver in Galliam translatum, & in choro templi Monasterij seu Abbatia S. Laurentij Effuorum, vulgo de Eu, conditum esse. Dum vero anno 1647. per menses Februarium, Martium & Aprilem Constantinopoli agebamus, in Monasterij S. Francisci Galatensis sacello vno, peristylio seu claustro contiguo, sepulchrum illius Principis marmoreum vidimus, cui sequens epitaphium characteribus Gotthicis insculptum legitur: ✠ SEPULCHRVM MAGNIFICI DOMINI PHILIPPI DE ARTOES, COMITIS DE EV, ET CONESTABULARII FRANCIAE, QVI OBIT IN MICALICI MCCCLXXXVII DIE XV. IVNII. IN ḡ: EST CARNE SVA: ANIMA CVIVS REQVIESCAT IN PACE. Hocce epitaphium crux in medio posita in duas partes diuidit. Ad latus insignia gentilitia Francia, qualia tunc indefinito liliorum numero constabant, addita Artesia familiae peculiari trifidae lacinia in Scuti fronte distinctione, cernuntur. Micalici seu Michalizi vrbs & regio est, non plus decem miliaribus distans a lacu Lopadio, eiusdemque nominis vrbe; quam hodie Græci Lupadi, Turci Vlubat appellant. Burusa etiam bidui itinere abest. Laonicus lib. 4. regionis Michalizij, & Leunclaius Histor. Musulm. libb. 4. & 13. atque in Pandectis cap. 86. meminerunt. In illo epitaphio quid significet illud [ḡ] adsequi haecenus non potui.

AD CAPVT XIV.

ΦΥΣΙΩΘΕΙΣ ἔω] Leunclaius lib. 6. idem scribit, caduceatorem sci- Pag. 28. A
licet a Baiazite missum, qui Constantinopolim sibi dedi, Manuelemque ea decedere iuberet.

Ὁ πρὸ μικροῦ λαληθεῖς Ανδρόνικος] De Iohanne Andronici excæcati filio in Imperium a Baiazite constituto Ducas a Phranze multum discrepat. Hic namque lib. 1. cap. 20. Iohannem a patruo suo Manuele in Italiam discedente rebus Constantinopoleos administrandis præfectum fuisse refert, non vero a Baiazite Sultano in solium Imperatorium collocatum. Laonicus omnia confuse lib. 2. describit. Ibid. C

Ἐπλεῖ εἰς Βενετίαν] Nicolaus Dolionus Histor. Venetæ lib. 6. scribit Emanue- Pag. 30. A
lem Imperatorem anno Christi 1395. Constantinopoli discessisse, Venetiasque appulsum in Galliam inde transisse: vt aduersus ingruentem, singulisque die-

bus auctam Turcorum potentiam, opem & suppetias impetraret. Iohannes Iuuenalis Vrsinius adnotauit Manuelem anno Christi 1400. Parisios venisse; anno demum 1402. ab aula Regis Christianissimi post biennium cum anni semisse in ea transactum discessisse. Augustinus Iustinianus in Annalibus Genuensibus tradit ipsum Genuam aduenisse Ianuarij die 22. anno 1403.

Εἰς Μεθόνιον] Vrbs Peloponesi Methone, quæ hodie *Modon* appellatur, in sinu Messeniaco vulgo *Golfo di Coron.*

AD CAPVT XV.

LEVNCLAVIVS lib. 6. tradit Cazim seu Cadim ab Imperatore Byzantino Constantinopoli admissum anno Hegiræ 795. qui fuit Christi 1393.

Ibid. D *Ἐν ἀφ' ὧν εὐρυθῶν κελεύθουσι*] Passeres pro omni genere auium hic sumuntur: e rure tamen petitum schema illud, nam aliæ sunt aues magis vocales, quarumque suavior vocis inflexionibus variis cantus sentitur.

Ibidem *Σάξων*] Cur hic Saxonum potius meminerit noster, quam Alemannorum seu Germanorum, nescio: aut si per Saxones quos hic nominat, eos intelligat qui Transsylvaniæ partem vnam incolunt, reliquis duabus a Ciculis & Transsylvanis occupatis. Dubitare etiam possumus an Polonos intelligat: infra siquidem cap. 32. *ρήγα τῆς Σάξων* appellat Hungariæ regem Ladislaum Casimiri Poloniæ Regis fratrem. Leunclavius adeundus in Pandectis num. 122.

Pag. 31. A *Καταπαταλουῦτος οὖν*] De Legatione Temyris, qui vulgo Tamerlanes dicitur, ad Baiazitem, legendi sunt Phranzes lib. 1. cap. 21. Laonicus lib. 2. sub finem, & Leunclavius lib. 7. histor. Musulm.

Ibid. C *Ἐκέλευσε ξυρίω καθάρα τῶν πώγωνας*] Principes Turcos ignominia inurendæ causa barbam alicui præcidi iubere mos fuit. Leunclavius lib. 4. in Vrchane Gasi, vbi de pristinis Turcorum institutis agit, hæcce scribit, *Si cui Rex iratus esset ignominia & pœna causa barbam homini præcidi iubebat.* Et lib. 10. exemplum huius affert, dum Suleimanus filiorum Baiazitis vnus bellum cum fratre suo Moyse gerebat, Chasani Agæ barbam iniuriæ ac contumeliæ inferendæ causa præcidi mandauit. Apud Cantacuz. etiam lib. 4. cap. 22. legimus Stephanum Seruiæ Cralem, postquam Macedonia Edeffam in potestatem suam, prodentibus aliquot ciuibus, redegisset, iussisse, *ὃ ἄξιον ἐπ' αὐτῶν τίλλεσθαι, barbam e mento se coram velli Lyzico eius urbis præfecto*; quod se acrius urbem intranti opponere voluisset. Leunclavius lib. 7. Legatos illos Temyris Baiazitem indigne habuisse, dona sibi missa flocci fecisse, tandemque epistolam superbe ac insolenter scriptam eis tradidisse narrat.

Ἐγὼ κεχωρισμένος ἀπὸ τῆς αὐτῆς νομίμου γαμετῆς] Laonicus lib. 2. sub finem alia verba respondisse Baiazitem Legatis Temyrianis tradit, *τὸν δὲ Παγαζήτιον ὑπολαβόντα ἐς τὸν ἀγγελὸν φάσαι, εἰ τίνω μὴ ὄσπιν μαχόμενος ἡμῖν, ἐς τέλος τῶν ἐαυτῶν γυναικῶν ἐχέτω ἀπολαβὼν, Si itaque bellum nobis non intulerit, uxorem suam [dimissam] ter apud se admittat.* Exponit deinceps virum quando vxorem repudiauit, iure iurando affirmare eam apud se nunquam admissurum: ita vt ipsi fas non sit, cum a trinis splenibus dimisit vxorem, eam iterum domi accipere nisi adulterio pollutam; idem Laonic. lib. 3. vbi de Turcorum moribus differit adeundus. Ratio ob quam turpissimum habetur ad vxorem dimissam redire hæc est, per iurij ac leuitatis nota ac macula se adspergit, qui se non amplius admissurum iurauit, deinceps vero admittit: ab honesto denique & decoro alienum est adulterio pollutam sibi vxorem adiungere. Quando igitur Baiazites dixit, *a legitima uxore separetur*, cætera subaudienda sunt, illamque repudiatam a tribus sple-

nibus apud se accipiat, quo dedecus ipsi adultera ducta accedat, leuitatisque ac periurij nota inuratur. Leunclavius lib. 7. non longe a fine Temyris ad Baiazitem verba refert, quæ lucem istis afferunt, *Quid opus erat te quosdam ad me mittere, tot nugas mihi renunciaturos, atque etiam addere, te pro marito meretricis me habiturum, ni tuis in regionibus te quæsitum irem, ac vice versa ni tu bello me venires oppugnatum, ut a te libera esset mulier tua, hoc est, diuortio separata; rursumque tibi nuberet ab alio prius polluta.* Quibus verbis manifestus fit huius loci sensus.

Καὶ εἰς τὴν ἰστανόουρκοπερσῶν] Turcoperfæ atque etiam Perfæ appellati sunt Tur- Ibid. D
ci, postquam in Persidem a Muchumete Imbrailis filio vocati, in eumque deinceps rebellantes duce Tagrolipice; regionis illius dominium adepti sunt circa annum Christi 1042. vnde a Zengi, vel Tzingi-Chane pulsi, circa annum Christi 1200. in Anatoliam venerunt. Turci etiam Iconienses hac appellatione comprehenduntur.

Αρσούζαν] Olim Dascuta, seu Dascusa, vt habet Itinerarium Antonini, sita Ibidem
ad Euphratis oram, in finibus Cappadociæ & Armeniæ maioris. Illam Leunclau. lib. 6. & 7. Ertzintzanem appellat.

Καὶ ὁ μέγας παροφήτης] Baiazites intelligit prophetam suum Mohammedem. Ibidem
Σεβαστίαν] Sebastia vrbs Cappadociæ, quam Turci Siuas, & Siuaste appel- Pag. 32. B
lant: cuniculis ductis eam cepisse Temyrem refert Leunclau. lib. 7. Laonicus vero lib. 3. tradit Tmyrem suffossa trabibus sustentasse mœnia, illisque igne iniecto consumptis, ista corruisse.

Πλίνου ἄμης] Hodie etiamnum in Anatolia istis lateribus crudis ad domos Ibidem
ædificandas vtuntur: qui ex terra aqua modice subacta formantur in lignea forma quadrata, & ad Solem ficcantur.

Καὶ ἕως αὐτῆς Δαμασκού] Leunclavius lib. 7. Hist. Musulm. & in Annal. Tur- Ibid. D
cicis Halepum primum captam, deinde Damascum tradit: hoc contigit anno Christi 1400. vt etiam Augustin. Iustinian. Episcop. Nebiens. in Annal. Genuensibus adnotauit. Diris modis ac inhumanis Damascum afflixit ac vastauit Temyr, cuius illatæ cladis causa a Turcicæ historiæ scriptoribus talis traditur. Iezides Princeps, hæreticus a Musulmanishabitus, Hasanem & Huseinem prophetæ Muhametis e filia nepotes occidit, eiusque familiam contumeliis grauibus affecit: tandem mortuus Damasci sepultus est. Illius itaque sepulchrum perquiri Temyr, & eo reperto ossa refodi ac comburi, stercore etiam humano sepulchrum oppleri iussit. Quod ergo Iezides Damasci sepultus esset, erga Damascenos tam crudeliter ac immaniter se gessit. Mitiori vero modo Hamusenos, olim Emisenos dictos, habuit: quod inter ipsos Halidis, (qui Velidis filius erat) & Amru (Humeia patre nati) Mohametis sociorum ac discipulorum sepulchra ac monumenta extarent.

AD CAPVT XVI.

ΚΑΙ τοῖς Ταυροσκόθαις καὶ Ζυγκοῖς] Tauroscythæ sunt, qui inter Boristhenem Pag. 33. B
& Tanaim, & Tauricam Chersonesum habitant. Zinchi populi sunt ad Euxinum pontum, Sindi alias dicti. Plinius lib. 6. cap. 7. *A Cimmerico accolunt Meotici, Vali, Serbi, Archi, Zingi, Psefij.* qui Zyngi Plinio ij Zynchi sunt, in peninsula Corocondama sita. Sindi & Zinchi iidem sunt Eustathio ad Περσησέως Διονυσίου hunc versum,

Σίνδι, Κιμμέριοί τε καὶ οἱ πέλας Εὐξίνοιο,
ὅτι Σαυρομάτας ἐπέχουσι οἱ Σίνδι, οἱ καὶ Ζίνχοι λεγόμενοι κατὰ τινὰς Σαυροματίς succedunt
Sindi, qui apud quosdam Zinchi appellantur. Regio Zynchorum Ζυγκία appella-

tur in Biblioth. Regiæ MS. libro, in formulis subscriptionum & inscriptionum epistolarum Patriarchæ Constantinopoleos: & habetur inter Metropolitans, quibus scribit Patriarcha, ὁ Μετράρων ὁς ἐν Ζηκχίας. Constant. Porphyrogenitus lib. de administratione Imperij sub finem de Zinchia hoc adnotatum reliquit, ἴστέον, ὅτι ἐν τῇ Ζηκχίᾳ πρὸς τὸν πότον τῆς πάγης, τῆς οὐσης πρὸς τὸ μέγας τῆς Παπαγίας, ἐν ἣ καποικιοῖσι Ζηκχοῖ, ἕνεκα πάγῃ εἰσι ἀφθονοῦν διαδιδόσασιν. *Tenendum in Zinchia parte ad fontem qui Papagiam respicit, quam Zinchi incolunt, nouem esse fontes, quorum aqua pota ulcera labiis atque pustulas affert.*

Πληκβίων ἰω] Leonis Imperatoris Tacticæ lib. i. cap. 2. hunc titulum habet, πρὸς ἀπληκτων ἀφτάξις. ἀπληκτον vero & φουάτον eadem sunt, & castra significant, & verbum ἀπληκβίον, castra locare eodem loco significat. per apocopen τῆ (α) scripsit Ducas πληκβίων, quæ figura Græcis etiam nunc tam familiaris est, vt vnum verbum vix integrum ab iis pronuncietur, nec antiqui Græci idiomatis vestigia cernantur.

- Ibid. D Πλησιον Ἀγκύρας] Ancyra vrbs Galatiæ est.
- Pag. 34. B Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις] Iohannes Iuuenalis Vrfinius illius Cometæ, qui anno 1401. fulsit, & Buntingus in Chronologia meminerunt; hicque mense Februario visum esse addit. Cometa autem λαμπυρίας dictus, quod ardentes imitetur faces. Plin. lib. 2. cap. 25.
- Pag. 35. C Τζιαζούζιδας] Hanc periodum non ita claram, ob authoris impurum stylum, constructionemque barbaram, vertimus hoc sensu, vt Baiazitem Persis ignauiam exprobrantem exposuerimus; cum antea de se multa iactauisset, & contumeliose erga eos se gessisset. Non sine ratione etiam potest intelligi Baiazites suis iratus, quod pugnam segnius inirent, probra in eos iactasse; tuncque per Tiabuzidas Tzauzios intelligere oportebit.
- Ἀπὸ τῆ βαΐδου τῆ Ατλώ] Omnes isti Turcorum reguli hic enumerati, antea a Baiazite spoliati fuerant, & ditibus suis exuti, vt supra noster enarravit. Leuncl. lib. 7. idem de Baiazite ab illorum regulorum subditis deserto testatur. βαΐδον autem significat vexillum, & βαυδοφόρος, vexillifer. βαΐδον Turcis Sangiak.
- Ὁ δὲ Παγιαζήτ ὡς κροιοῖς] Fabula notissima graculi, qui plumis alienis se adornauerat, ab aliis deinde auibus, dum suas quæque repetit, spoliatus est.
- Pag. 36. B Καὶ τὸν πρῶτον υἱὸν τῆ Παγιαζήτ τὸν λεγόμενον Μουσουλμαῖ] Laonicus lib. 3. non longe a fine Baiazitem cum vxore & liberis suis Musfulmane, Iesu & Mehemete captum esse tradit. At Leunclauius lib. 8. in principio solum Musam (id est, Mosem) cum patre captum fuisse testatur: & cum eo sentit Phranzes lib. 1. cap. 22. Leuncl. ibidem scribit Emirem Suleimanem ab Eifnes-Bego, & Haffan-Aga pugnae subtractum in Europam abductum fuisse. hic Suleimanes Ducæ est Musfulman, quem Stephanus, Leunclauio lib. 7. Vulcoglius, res desperatas videns arrepta fuga e prælio abduxit.
- Ibid. B Ἐως οὗ ὁ Παγιαζήτ] Leunclauius his consentit, dum Genitzeros Baiazitem vltimos deseruisse scribit: nec deditioem eos fecisse, nisi cum nulla spe salutis reliqua Baiazitem mox captum iri vidissent.
- Ibid. C Νόμος γὰρ ἔστιν ἔσθ] Quod pro lege author noster adducit, Leunclau. lib. 7. Temyris propositum fuisse tradit, & illius ad Baiazitem verba refert, *Quo tempore, ait, meis e regionibus ipse discedebam, hanc suscepturus expeditionem: iuratus promisi Deo, siquidem prælio victor euaderem, neminem me deinceps a pugna commissâ interfectorum. Cum vero Ducas Romæos eadem consuetudine vsos ait, intelligere oportet erga Romæos: sicut Musfulmani erga Musfulmanos vtuntur.*
- Ibid. D Τότε καὶ μὴ γέλων κατέβη τῆ ἵππου] Hanc Baiazitis cladem & captiuitatem referunt Turci ad annum Hegiræ 803. post triduum finientem, qui fuit annus Christi 1401. Augusti 7. feria 1. cœpit enim annus 804. Augusti 11. feria 5. confirmat hanc

hanc temporis epocham cometa visus vere antecedente, quem Iuuenalis Vrsinius fulsisse testatur anno 1401. & in Chronologia Buntingus, vt iam diximus. quæ nota cæteris, anni etiam characteribus vulgaribus, certior est. Congruit etiam tempus anni calidissimum, quo Leonis dodecatemorion Sol permeabat. Vrsinius tamen anno 1402. prælium initum fuisse tradit; Phranzes eodem anno contigisse vult Iulij die 28. vt colligitur ex lib. 1. capp. 21. & 22. In illo natum se scribit anno mundi 6909. Augusti die 30. dum Constantinopolis obsidebatur; certum est autem solutam fuisse vrbis obsidionem diu antequam Temyr Biazitem bello vicisset: quare 28. Iulij, quo Phranzes hosce Principes acie dimicasse tradit, erit annus 6910. Christi 1402. quod etiam confirmatur eius verbis, quibus profitetur cap. 21. se scripturum deinceps ea, quæ ab anno 6910. præclara facinora ac memoria digna contigerunt: vnde excluditur annus ille 6909. Non dissimulandum est, notam seu characterem temporis, quem ex Haniualdana historia refert Leunclaius, congruere cum 28. Iulij anni mundi 6910. [Christi 1402.] dicit enim feria 6. quæ Zuma iuni, id est, dies templi, Turcis dicitur, ad Ancyram pugnatum fuisse: & ille dies Iulij 28. fuit feria 6. Hegiræ anno 804. finiente, & post triduum mox incipiente anno 805. Augusti die 1. feria 3. Paulus Interianus in Annal. Genuens. lib. 5. Vbertus Folieta lib. 9. Petrus Bizarus quoque lib. 9. Historiæ Genuens. Augustin. Iustinian. in Annalibus Genuensibus pugnam anno 1402. commissam scribunt. Damascum a Temyre captam & vastatam anno 1400. testatur Augustinus Iustin. cuius vrbis clades, secundum nostrum Ducam anno vno pugnam ad Ancyram antecessit. Verum tamen Cometæ supradicti nota cæteris aliis certior est, ita vt in ea sententia stemus, quæ anno 1401. pugnatum fuisse asserit: Sethus Caluifius in Chronologia pugnam istam anno Christi 1399. alligat, anno Hegiræ 801. iam iam finienti Septemb. 2. fuisse quoque feriam 6. scribit: a vero longius recedit illa sententia, & a nota illustri, quam Ducas protulit, prorsus aliena est: si enim biduo vel triduo ante Septemb. diem 2. pugna commissa est, Sol tunc Virginem, non Leonem tenuerit, contra indicatum a Duca insignem characterem. Iacobus Bosius in historia Ordinis Militiæ Hierosolymitanæ annum prodidit Christi 1398. qui a vero longissime distat; vt & Bonifius Decad. 3. lib. dum obitum Temyris anno Christi 1399. accidisse scribit.

Ην γὰρ ὁ ἵππος Αραβικός] Hic & infra commendantur equi Arabici. Leunclaius locus in supplemento Annalium Turc. ad annum Christi 1584. confirmat Principes Osmaneos his equis vt maxime agilibus vsos fuisse. Zonaras in Romano Diogene de equis Arabicis talia scribit: οἱ γὰρ ἵπποι τοῖς Αραβικοῖς παχέες μὲν εἰσὶ τὴν πρῶτην ὀρμὴν, ἔπειτα λοιπῶν ποδοκέρατοι, ὅτε ἔπιπολυ δὲ τὸ δρόμον ἐκτείνουσι. ἀλλ' ἀποκίνατοι ἄχιστα. *Arabum equidem equi primo impetu prompti, & præ cæteris celeripedes sunt, cursum vero per longum spatium statim deficientes minime continuant.*

Ζατρίκιον] Ita appellatur ludus Schacchorum ab Artemidoro in Oneiro- Pag. 37. A criticis.

Δοῖς ἀπὸ Περσῶν Σιαχρούχ] Si Leunclaium sequimur, legendum erit *χάχ ρούχ*, quo Ducas noster id significare vult, quod Itali *Scacco matto*, Galli *Eschec mat* appellant: quando in Zatrachij ludo Regulus ad angustias ita redactus est, vt mox capiendus & deturbandus, in nullam amplius se mouere possit partem, vt saluus euadat. Leunclaius lib. 12. Schach-Ruch duas distinctas voces facit, quibus Rex Ruchus significetur: eo nomine sic vocatus est Temyris filius, qui Laonico Sachruchus dicitur. Ad hunc Schacchorum, vt mihi videtur, ludum alludebat Sinanes Bassa, cum anno 1583. allato nuncio cladis in Perfide a Turcis acceptæ, Sultano Morati III. dixit *Schachum Schacho*, id est, regem regi opponendum esse, vt res Turcorum a Perfis fractas in melius restitueret.

- Ibid. D. Καὶ Ὑχαγωγίτας ἔκπερηγορήσας] Adeundus Leuncl. lib. 7. Historiæ Musulmanicæ, vbi modum explicat, quo Temyr Baiazitem excepit & habuit. Phranzes lib. 1. cap. 29. & Laonicus lib. 3. non longe a fine, sed vterque a Duca & Leunclauio dissentiunt.
- Pag. 38. B. Ο δὲ Τεμύρ λαβὼν πλοῦτον] Crudelissimum & auarissimum fuisse Temyrem testantur Laonicus & Leunclaius.
- Ibid. C. Ἐπὶ ὄντος τῆ Παγιαζήτ ἐν τῷ χειρῶ τῆ πολέμου] Leunclaius lib. 8. in principio omnes Baiazitis filios enumerat, quorum nomina hæc fuere Ertogrul, Emir Suleiman, Mustapha Zelebis, Isa Zelebis, Musa Zelebis, Sultanus Mehemetes, Cassimes vel Cassumes Zelebis. Occisus est Ertogrul in pugna contra Casim Bucharedinem; Mustaphas in prælio Temyriano periit. Suleimanes ex eo subtrahus saluus euasit, etiamque Mehemetes rebus deploratis excessit. Isa Prusam seu Burusam venit, illicq; Imperij sedem habuit. Musa captus est cum patre; interea vero Cassumes in Seraio educabatur. Hoc loco noster Mustaphæ nomen omisit, eumque infra in pugna non occubuisse asserit. quem porro Esé vocat Ducas, eum Laonicus Iesum, Leunclaius Isam appellant: hodieque Turci Dominum redemptorem nostrum *Prophetam Isam* vocant.
- Ibidem. Εἶχε δὲ ἔν τῷ οἴκῳ] Hic Mustaphas postea in scenam prodibit aduersus Mehemetem, qui Musulmano, Mose & Esé seu Isa occisis, ac Mustapha hocce debellato. Osmanici Imperij summam solus obtinebit. Discrepat ergo Leunclaius a nostro tam in Mustaphæ ætate, quam in natu minimi nomine, qui Orchanes nostro, Cassumes illi dicitur.
- Ibidem. Εὐρῶν οὖν τεχνίτας ὄρουσας] Laonicus lib. 3. prodidit a Baiazitis Ducibus, non a Mehemete eius filio, tentatum fuisse, vt in libertatem ille assereretur, corruptis grandi pecunia Temyris fossoribus, qui cuniculum in eam partem, in qua Baiazites erat, egerunt: demumque in ipso opere deprehensi capti sunt. Leunclaius & Phranzes huius facinoris egregij & audacis nullam mentionem faciunt.
- Ibid. D. Πρώτας δὲ τῶν δούλων τῶ Τεμύρ] Nescio quare Ducas caueam illam ferream ita reticeat, vt nullum de ea verbum ipse fecerit: cum accurate satis cætera recenset. Equidem, vt, quod sentio, aperiam cum bona dissentientium venia, caueam illam, ad immanitatem & sæuitiam Temyris-chani exaggerandam, commentos esse temporis illius homines ingenue dicam: vel fortasse manicas pedicafque ferreas, quibus noctu vinciebatur Baiazites, caueam ferream ipsos appellauisse.
- Leunclaius lib. 7. narrationem Ducæ partim confirmat, quæ ad Chotziaferuzen seu Hozzapherizem - Begum spectat, ipsum nempe in pugna captum fuisse: at ipsi caput fuisse abscissum omisit, quod noster factum fuisse narrat.

A D C A P V T X V I I.

HOC capite res gestas a Temyre accuratius Ducas, quam Leunclaius, aut Laonicus, narrat: Smyrnæ præcipue expugnationem describit, quam optime ob locorum viciniam, bidui siquidem itinere Lesbos a Smyrna distita est, nosse potuit; atque etiam ex Principis Lesbi seu Mitylenes monumentis, qui Temyri honorem cultumque, ad sæuitiam eius iracundiamque deuitandam, exhibuit. Ducas vero illius Lesbi Principis successor in præcipuis negotiis operam suam nauauit, & inter eius maxime familiares ac consiliarios habitus est. Iacobus Bosius in Hist. Ord. Militiæ Hierosolymitanæ Smyrnæ a Temyre expugnatam fuisse prodidit, vt & Laonicus lib. 3. qui breuiter expeditionem

illam explicat & machinas, quibus ad urbium expugnationem utebatur Temyr, describit. Leunclaius Smyrnam expugnatam fuisse non docet.

Καὶ σὺν αὐτῆς τῆς θυγατρὸς Λαζάρου] Leunclaius lib. 7. Lazari filiam, quæ in superioribus Maria appellatur, ad conuiuium Temyris mandato venire iussam tradit: cùm apud Zagataios Scythas id vitio aut dedecori non verteretur. Iniuriam nihilominus sibi fieri Baiazites Gilderum ex more gentis suæ reputans, id ægerime tulit. Videndus etiam hac de re Laonicus lib. 3. Ibid. B

Ἀδραμύτιον] Vrbs maritima Phrygiæ inferioris vel Lydiæ Aſso vicina, hodie appellatur Landrimyti, Ephesino olim Metropolitæ subdita. Ibidem

Ἀθάλαφ] Notitia Patriarchatus Constantinopoleos sub Sardium Metropolitæ habet Ἀθαλείας Episcopum, alium ab eo, qui Sylæi feu Pergæ Metropolitæ subest.

Νύμφαιοι] Veteres Geographi non meminerunt loci illius prope Magnesium ad Sipylum. Plinius in Asiæ descriptione in Cilicia collocat Nymphæum lib. 5. cap. 27. Ideo coniecere possumus, Nymphæum, de quo hoc loco Ducas mentionem facit, multis sæculis Plinio & aliis Geographis posterius esse. de illo duobus locis Gregoras meminit, lib. 3. sub finem, traditque Iohannem Vataciam Imp. illic obiisse. lib. deinde 6. appellatque Νύμφαιον τῆς Λυδίας. Logotheta quoque in Chronico Constantinopolitano. Ibid. C

Μίαν πέντηρον εἶδος, καὶ μίαν κεφαλὴν σκουαρμύσας] Genus illud structuræ ad similitudinem reticulatæ facta erat, de qua sic Vitruuius lib. 2. cap. 8. *Structurarum genera sunt hæc, reticulatum, quo nunc omnes utuntur, & antiquum quod incertum dicitur: ex his venustius est reticulatum, sed ad rimas faciendas ideo paratum, quod in omnes partes dissoluta habeat cubilia & coagmenta.* Pag. 41. A

Καὶ πρὸς τὴν Μιλησίαν] In margine correximus Μυλάσων, in Caria enim fuit Mylassa vel Mylas, a Stephano etenim & aliis ita appellatur. In notitia Thronorum sub Constantinopolitano Patriarcha, Metropolitæ Staurupoleos subiicitur Episcopus τῆς Μυλάσων, vel vt alius MS. Codex correctius exhibet τῆς Μυλάσων, & propterea Mylassum reddidimus, quod ad hodiernam pronunciationem magis accedat. Ibid. C

Ἀπὸ δὲ Λαοδικείας ἐς Φρυγίαν Σαλουταίαν] Quo in loco mortuus sit Baiazites non prodiderunt Laonicus, Phranzes & Leunclaius. Animi ægritudine confectum obiisse docet Laonicus; causam addit Leunclaius, quod Baiazites a Temyre intellexisset, fore vt Semerkandum transferretur, idque Ducas aliquatenus innuit. Venenum a Temyre ipsi propinatum aliqui volunt, quod Leuncl. in calce lib. 7. Hist. Mulsum. scribit. Ducas in Phrygia Salutaria Turcis Carasar dicta Baiazitem diem supremum clausisse docet. Locus autem ille Carasar, quo nomine noster Phrygiam Salutariam intelligit, proculdubio est, quem Kara-Chisarem Turci appellant, id est, arcem nigram; Græci mediæ æui locum illum μαυρόκαστρον, hoc est, *nigrum castrum*, quem antiqui Corycum appellarunt, vt notat Leuncl. lib. 3. & cap. 144. Pandect. Turcic. Contigit mors Baiazitis anno Hegiræ 804 id est Christi 1402. postquam annos 14. regnasset, ita tradit Leuncl. lib. 7. at lib. 8 mortuum ait anno Hegiræ. 805. Laonici textus admodum deprauatus est, qui annos 25. cum regnasse prodit. Orbinus scribit uxorem Baiazitis Lazari filiam Milieum, (Ducas Mariam appellat) altero post maritum die obiisse; cui vt illuderet Temyr, vestes illius ad pudenda vsque rescindi iussit, & eo habitu mensæ accumbentibus ministrare coegit. Pag. 42. A

Ἀλλ' ἐπὶ τῷ ὠμῷ] Post mortem Baiazitis interregnum constituunt Turcici Anales annorum 12. donec Sultanus Mehemetes rerum summa & Imperio potiretur. Ibidem C

AD CAPVT XVIII.

Ibid. D **K**AI πλώ τῆ Παγαζήτ] Hoc loco addidimus ἕ ἀὐτῶν, absque quibus verbis constructio orationis claudicat.

Pag. 43. A **Ενὰ τῶν ἀδελφῶν αἰπῶ**] Ducas hoc loco duos Baiazitis liberos obsides datos ait, marem vnum, fceminam alteram nomine Phatma - Catun. at infra cap. 20. narrat tres obsides fuisse datos, duos mares impuberes, & illam Phatmam: quorum alter, isque natu grandior, & Phatma redditi sunt; minor Constantinopoli remansit, Christianisque sacris initiatus obiit. Leunclaius lib. 10. cui Suleimanicus titulus est, Suleimanem Græcorum auxilia sibi parare cogitantem, fratrum natu minimum Cassimem, & sororem suam Sultanam Fatimam obsides dedisse tradit. Phranzes cap. 30. lib. 1. eum, qui Christianus obiit, Iusuphum, id est, Iosephum, appellat. Porro Phatma, seu Fatima Catun idem est ac Domina Fatima, Italis *Signora Fatima*: ista enim vox *Caden* Turcis est quod Italis *Signora* ὀ *vero Madamigella*: Armeni Cadun vel Catun per, u, Italicum pronunciant. Nomen illud Fatima Turcis familiare est ac venerandum: sic enim appellabatur vnica Muhamedis filia, quam ex Aische Ebubekiris filia suscepit, & Hali patrueli suo nuptam dedit.

Τὰ τῆ Σπέρμονος] Strymon Macedoniae fluius est; Zetunium oppidum est: cuius Episcopus Larissæo secundæ Græciæ Metropolitæ olim suberat, & ad Thermopylas situm Sperchij fluminis ripis adiacet. Laonicus lib. 2. **Ἔ, τε Ζητοδινὸ ὃ ἐν Θερμοπύλαις**. Sperchius olim, postea *Αγριομέλας* appellatus est, qui in sinum Pelasgicum, hodie *del Volo* appellatum influit. Zetunij mentionem faciunt Ioh. Curopalata Scillirza in Basilio & Constantino: & in iisdem Georgius Cedrenus.

Ibid. B **Δημήτριον Λεονταίου**] pro *Λεονταίου* more vulgaris idiomatis: huius Demetrii meminit Phranzes lib. 1. cap. 39.

Ibid. C **Καπαδὰς ποίνω ὁ Καρμιαί**] Leuncl. lib. 7. hist. Musulm. narrat Temyrem principibus a Baiazite spoliatis ditiones restituisse. qui hic vocatur Carmian Alyfar, Laonico Caramanus Alosurius dicitur lib. 2. videndus Leuncl. in Pandectis hist. Turcicæ num. 56.

Ibid. D **Παγαζήτ υἱοί, ὁ μὲν Μεχμετῆ**] Leunclaius libb. 9. 10. & 11. hanc fratrum Ianienam stragesque narrat. lib. 9. quæ aduersus Isam-begum gessit Mehemetes, exponit; Temirtasem a partibus Esè vel Isæ stetisse, & a militibus Mehemetis occisum fuisse, Isamque, postquam se fugæ commisit, nusquam conspectum fuisse tradit. Verum noster Temirtem, qui cum Temirtasi idem est, Mehemeti militasse affirmat. Laonicus lib. 4. Isam seu Isam contra Musulmanum bellum gessisse, & captum prælio morte affectum fuisse scribit: cui Phranzes lib. 1. cap. 30. consentit. Sed quod lib. 10. initio dicit Leunclaius verissimum est, Laonicinarrationem confusam & mutilam esse, ex qua vel acutiores se se extricare & expedire vix possint. Becani Annales & Historia Verantiana, eodem Leuncl. teste, & eos improbante, Isam a Musa occisum tradunt.

Pag. 44. A **Εν δὲ τῶν παρὰ τῶν Ἰωνίων μέρει**] Huius Cineitis mentio frequentissima est in hac nostra historia. Laonicus libb. 4. & 5. de eo verba fecit, & *Ζουαίτιω* appellat. Leunclaius eius meminit primum lib. 10. in quo Dufme, seu supposititij Mustaphæ historiam contexit, eumque Tzuneitem nominat. Ducas vbique **Τζυνεήτ** habet, quod nomen Cineitem reddidimus, ita vt, *ci*, prima syllaba pronunciatione Italica efferatur. Hic Cineites a Leunclauio Ismyroglij, id est, Smyrnæ principis, filius dicitur: Ducas vero eum Kara-Supassi, id est, nigri Subassi filium fuisse prodit, & Adinis, seu Atinis filios, qui Ismyroglij, & Smyrnæ principes

erant, Ionia expulisse. Obiter hic lectores monebimus, in enarrandis interregni rebus Ducam nostrum a Laonico & Leunclauio multum differre.

Ο ὃς Ομοῦρ καλούμενος] Homur iste fuit frater Esé seu Isæ, & vterque Homu- Ibid. C
ris illius nepotes, cui Smyrna ab Equitibus Militiæ Hierosolymitanæ erepta
fuit, vti supra cap. 7. narratum. Vocantur autem isti Atinis filij, quod ab Atine
Turcorum duce genus duxerunt; filiorum etiam nomine nepotes & posteri
continentur.

Ελιέζπεγλυ] id est, Eliam-begum ex Mantachia posteris.

Μάμαλος ὀνομάζεται] Hoc castrum ad maris litus situm fuisse, quæ mox se- Ibid. C
quuntur, ostendunt: & fortasse illud est, quod tabulæ Geographiæ Guillelmi Pag. 45. A
Blaeu ad sinum Halicarnassi, vel castri S. Petri, situm ostendunt, & *Castelmar-*
mora appellant. habent equidem Strabo, Ptolemæus & Stephanus *Μάλλον ἐν Κι-*
λικία, sed non est ille de quo noster hic verba facit, quippe situs est Mallus in ex-
trema fere Cilicia versus Amani portas & Issum; Mamalus vero in Caria esse
debet. Turci *Mermere* appellant, vnde in Rhodum brevis est traiectus.

Καὶ Ἀπύνης Καθολικός] Legatus generalis, seu Vicarius Atinis, id est, Adinen Ibid. C
fis ditionis, quam Turci Aidin-ili appellant; cum Homure enim ab Atine or-
to, affinitate contracta, foci sui vicarius generalis proclamatus est.

Τὸς Ἑρμῶνος ποταμὸς] Hermus est qui Smyrnæos campos alluit. Ibidem

Ὁ δὲ Μουσουλμὰν μὴ φέρων] Expeditionem suscepisse hunc Musulmanum seu Ibid. D
Soleimanem aduersus Mehemetem, & in Asiam transiisse Leunclau. lib. 10. ex
Haniualdana historia tradit.

Ἐν τῷ κάμπῳ τῆς Μαγορδίου] Hodie retinet idem nomen, & ab omnibus Smyr- Pag. 46. B
næ incolis appellatur *Μαίνεμα*, *Menemé*. Planicies camporum illa, quam Her-
mus alluit, Smyrnæ eiusque sinui a Septentrione obiacet. Fertilis est ager, vini
generosi, peponum, aliorumq; fructuum ferax. Ille locus est de quo Leunclauius
lib. 6. mentionem facit, eumque in Sarchanis seu Saruchanis ditione situm fuis-
se, & a Turcis *Metmen* appellari docet: vbi tunc temporis salis officinæ erant.

Μεσσύλιον] De illo loco nihil legi: si cui forte appellatio loci illius corrupta Ibid. C
videtur, dispiciat num ex *νεὰς αὐλῆς* degenerauerit; quam urbem Catalogus seu
Notitia Episcopatum sub Patriarchali Constantinopoleos throno constituto-
rum refert, suppositam esse Ephesino Metropolitæ.

Μαθῶν δὲ τῆς ὁ Τζινεήτ] Vafer admodum ac versipellis hic Cineites fuit, inge- Ibid. D
nioque tam versatili præditus, vt sæpius ad contrarias partes transfierit. diu-
turnos carceres tolerauit in Lemno, & tandem a Ducibus Sultani Moratis ca-
ptus vitam laqueo finiuit.

Πεὸς Γαλήσιον ὄρος] Mons ille Galefius Epheso vicinus est, & proculdubio no- Pag. 47. C
men ab vrbe Galefio traxit, cuius meminit Stephanus de urbibus. *Γαλήσιον πόλις*
Εφέσου. Παρθένιος ἐν ὀπίκηνδεϊα τῶν εἰς Αὐξίθεμιν. Galefium vrbs Epheso subdita. Par-
thenius in Auxithemin epicedio. Abrahamus Ortelius de illo monte perperam opi-
natur, cum vicinum Constantinopoli illum facit, & Gregoram, vt suam tuca-
tur sententiam, adducit.

Πῆξας αὐτῶν σηναί] Lib. 10. histor. Musulm. notat Leuncl. hunc fuisse Solei- Ibid. D
manis seu Musulmani genium, vt diuturnis, aliquando quadrimestribus, com-
potationibus indulgeret: quæ ignauia ac focordia vltimam perniciem ei tan-
dem attulerunt.

AD CAPVT XIX.

- L**EVNCLAVIVS lib. 10. Mosis aduersus Suleimanem seu Musulmanum gesta narrat, authorumque dissentientes narrationes notat.
- Pag. 84. A Ηγεμονβόντος Σπεντιαρ τῆ Τουρκουμάνου] Isfendiares a Leunclauio appellatur, eiusque genealogiam descripsit. A Turcis Omeroglij & Isfendiaroglij appellati sunt. Laonicus lib. 4. Mosem ad Sinopes Principem profectum esse etiam narrat.
- Ibid. A Καὶ τὰς Μύλτζη βενβόδα] Mirkien Iflakum, seu Marcum Valachum appellat illum Leunclavius; Laonicus lib. 4. Myrxen. Hic est Dani frater, de quo infra fit mentio cap. 29.
- Ibid. C Σαλαζουζώ δὲ Νέζω] Annales Genuenses nullam isto tempore huius Nigri mentionem faciunt: cuiusdam alius, qui sæculo superiore vixit, nomen ab illis celebratur.
- Ibid. D Εν τοῖς μέρεσιν τῆς ἀχρίδων] In MS. lib. Bibliothecæ Regiæ catalogus urbium & locorum, quorum nomina mutata sunt, extat: in eo *πρεβέλις ἢ ἀχρίδα*. In alio MS. eiusdem Bibliothecæ extant formulæ inscriptionum & subscriptionum, quibus Constantinopolitanus Patriarcha in litteris ad Papam, Patriarchas & Metropolitanas vitur. inter illos extat, *πρὸς τὸν Ἰουστινιανῆς*, his verbis: *μακαριότατε Αρχιεπίσκοπε τῆς καθ' ἡμέρας Ἰουστινιανῆς, Ἀχρίδων καὶ πάσης τῆς Βουλγαρίας ἐν ἀγίῳ πνεύματι ἀγαπητὲ ἀδελφὲ τῆς ἡμετέρας μητροπόλεως. Beatissime Archiepiscopo Justiniana prima, Achridarum, & vniuersæ Bulgaria in Spiritu sancto Dilecte modestitatis nostræ frater.* Ex his istis verbis videri posset Iustiniana prima differre ab Achridis, illaque esse vrbs; hæc regio dici posset: cui conueniunt verba Libri MS. 1932. Bibliothecæ Regiæ, *Θεσσαλονίκη ἢ Ἀδριανούπολις μέρος τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῆς Σοφίας, καὶ τῆς Βουλγαρίας, καὶ τῆς Ὀχρίδος καὶ τῆς μερῶν αὐτῆς. Thracia ab Adrianopoli ad Constantinopolim extenditur, & Sophia, Bulgaria & Ochride eiusque partibus terminatur.* ita vt Ochris seu Achris pro prouincia & regione hoc loco, non pro vrbe accipiatur. Iustinianam primam Turci Giustandil appellant. Vrbs Achrisa Gregora lib. 3. in Macedonia collocatur, quæ & Bulgarici regni, in Illyricum vsque protensi, pars fuit. libro etiam 2. habet *πρὸς τὸν Αρχιεπισκοπῆς τῆς Βουλγαρίας τῆς Ἀχρίδος καὶ ἑλευθέρως, De Archiepiscopatu Bulgaria, qui & Achridis dicitur*, cuius Metropolis Iustiniana prima dicta. Georg. Logotheta in Chron. de Achridis mentionem facit. Laonic. lib. 1. Macedonia urbem Ochridem nominat. Acta etiam Leonis Papæ IX. aduersus Michaellem Cerularium, & Leonem Achridæ Episcopum, urbem esse clare exponunt: in illis extat epistola Michaelis & Leonis quæ sic incipit: *Michael vniuersalis Patriarcha nouæ Romæ, & Leo Archiepiscopus Achridæ Metropolis Bulgarorum dilecto fratri Iohanni Cannensi Episcopo.* Cantacuzenus etiam *πόλιν ἑσπέρειον* eam appellat, lib. 2. cap. 20. ita vt dubium omne tollatur: & Achridam esse urbem constat.
- Pag. 49. B Ο δὲ Μουσουλμάν ἐν χωρίῳ πνι] Eius mortem eodem fere modo accidisse Beccani Annales & Historia Verantiana narrant. dissentit ab illis Haniualdana. videndus Leunclavius lib. 10. ex quo annum deuioti Musulmani textus margini adiecimus. Laonicus lib. 4. rem aliter, quam alij, narrat.
- Pag. 50. B Καβούρ ἐγγύεο] Gaurum & Gauros scribit Leunclavius: Turci Giaour dissyllabum Gallica pronuntiatione: verbum contumeliosum est, quod *infidelem* significat. Moses porro fratrem suum Musulmanum Gaurum seu infidelem appellat, ob fœdus cum Imperatore Manuele ab eo percussum, obsidesque fratrem ac sororem datos.

Τὴν ῥομφαίαν τῆς παρθένου] De Halis acinace hic locus intelligendus est : de quo Leuncl. Hist. Musul. lib. i. ex Arabum & Turcorum monumentis sic differit. *Hinc illa Muhametanorum fabellæ de illius Sulficare (sic Alis acinacem nominare consueverunt) quem narrant , quoties vagina educeretur , ita se diuisisse , ut geminus efficeretur , cubitos 18. longus , & Alim eo contra Gauros utentem , ab utroque latere non aliter ipsos , ac segetem messorum prosternere solitum : ac montes etiam seu scopulos eo diffecuisse. Mos indidem inoleuit , ut in militaribus signis Musulmanorum hic Alis acinax , siue Sulficar , velut inauspicatus Christianis , faustus ipsis exprimat , &c.* In superliminaribus quarundam ædium publicarum Constantinopoli , hoc Sulficar expressum bifidi ensis figura vidi , & gladium Halis appellari ab incolis audiui : hoc *μορμολυκεία* & terriculamento , pauorem Christianis iniicere , gens viribus suis nimium confisa , credit.

Πρῶτον μὲν ἐν Σερβίᾳ κατέδραμον] Adeundus Leunclavius lib. ii. Histor. Musulm. a Muhamede per legatos ad fœdus amicitiamque contrahendam Manuelem Imperatorem sollicitatum Verantiana & Haniualdana historiæ tradunt. Illa victum a Mehemete Mosem primo congressu , hæc vero secundo prælio afferit ; & vtraque Mosem in fratris sui Mehemetis manus viuum deuenisse affirmant. De Mose Laonicus lib. 4. adeundus. Phranzes etiam lib. i. cap. 30. istorum Baiazitis filiorum res gestas narrat : nostroque consentit , cum semel atque iterum victum Mehemetem a Mose recessisse , tertio tandem prælio victoria potitum esse scribit.

Γὰρ δὲ ἐν μετώποις γραφέν] Iuxta mentem Musulmanicæ religionis , quæ præ- Pag. 52. B
destinationem ineuitabilem adstruit , nihilque ex hominis voluntate libera fieri afferit.

AD CAPVT XX.

LEVNCLAVIVS libb. 12. & 13. eorum , quæ inter Manuelem Imperatorem & Principes Othmaneos gesta sunt , nihil attigit.

Καὶ Δουκὴς τῆς Ἰωαννίνων] Vrbs Epiri sub Metropolitana Naupaëti Ætoliæ , olim Pag. 53. D
Cassiope appellata , nunc Iohannina.

Καὶ εἶλας εἰς τὸν ῥήγα Ρωσίας] De his nuptiis pauca Phranzes lib. i. cap. 38. Illius Pag. 54. A
Annæ a Rhosia seu Russia obitum accidisse anno 6925. Christi 1417. & peste consumptam fuisse scribit.

Ὁ δὲ ἄλλος ἠεὶ ἔσθ] Hunc filiorum Baiazitis natu minimum Christianum fuisse Ibid. B
se testantur Laonicus lib. 4. qui Iesum eum appellat , & Phranzes lib. i. cap. 30. eique Iusuph seu Iosephum nomen fuisse tradit.

Καὶ εἶλας ἐν Ἰταλίᾳ] Hæ secundæ Iohannis Imperatoris nuptiæ iuxta Phran- Ibid. D
zem celebratæ sunt anno 6927. [Christi 1419.] Ianuarij 19. ita vt biennium intercedat vt plurimum inter mortem Annæ a Russia , & secundas istas nuptias : nequaquam vero triennium secundum Ducæ calculum , qui hanc alteram Iohannis uxorem Sophiam appellatam , eximia & absoluta pulchritudine nitentem ironice describit : eiusque partes anteriores Quadragesimæ , posteriores Paschati , prouerbio non nimis honesto , comparat. hinc facie macilenta nec florida deformemque fuisse concludere licet. De illa Laonicus lib. 4. non longe a fine illam narrat , ὅτι τεικῆ μὲν τὸν ἔσθον , ἀνδρὴ δὲ τὴν ὄψιν , moribus quidem honestis , sed ingrata ac deformi facie fuisse.

Ἡ δὲ βασιλὶς ὄρασα τὸ ἀμετάθετον] cap. ultimo lib. i. Phranzes eam aufugisse te- Pag. 55. B
statur anno 6934. [Christi 1426.] Augusto mense.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Μαρουῆλ ἐκ ὠλυσε] Phranzes & Ducas dissentiunt in assignando Ibid. B

tempore, quo Sophia in Italiam aufugit. Ducas Manuele superstitie id factum tradit: contra vero Phranzes iam obiisse diem Manuelem adstruit: fato siquidem concessit Manuel, vt refert Phranzes lib. 1. cap. vltimo, anno mundi 6933. [Christi 1425.] Iulij die 21. Sophia vero anno 6934. mense Augusto aufugit, post mortem scilicet Manuelis. Aliud etiam hoc loco notabimus circa temporis momenta a Phranze indicata de Manuelis obitu & Iohannis initiis: Mors Manuelis contigit anno prædicto 6933. Iulij 21. Capite deinde primo lib. 2. narrat anno 6934. mense Augusto rerum summam ad Iohannem Imperatorem deuolutam fuisse. Quod equidem verisimile mihi non videtur; Iohannem iam coronatum Imperatorem, post annum a morte patris Manuelis, rerum summam adeptum esse. Phranzem ergo, aut qui illum transcripsit, errasse puto, vel pro Septembremense Augustum scripsisse. vel si Augusto mense Iohannes Imperij administrare res cœpit, pro anno 6934. legendum esse anno 6933.

Pag. 56. B *Ο δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης*] Phranzes lib. 2. cap. 1. anno 6935. [Christi 1427.] Augusti 29. Mariam Trapezuntinam Constantinopolim aduenisse, & anno 6936. [eodem Christi anno 1427.] mense Septembri nuptiarum solemnia celebrata esse scribit. At Laonicus rerum ordinem perturbans narrat, postquam Marchionis *Μουφραγείας* filia aufugisset, aliam vxorem Iohannem duxisse *ἀπὸ τῆς Σαρματίας τῆς Σαρματῶν ἡγεμόνος θυγατέρα. e Sarmatia, Sarmatarum, id est, Russiæ seu Moscouiæ, regis filiam.* quod duobus testibus Ducæ & Phranzi repugnat, qui tertiam Iohannis vxorem Trapezuntini Imperatoris filiam esse asserunt.

Ibid. B *Ο βασιλεὺς δὲ ἀπὸ Κωνσταντινουπ.*] Author noster trium vxorum Iohannis historiam digressionem vsus hæcenus pertexuit. redit deinceps ad narrationis seriem, exponitque Manuelis in Peloponnesum profectionem: quam Imperator hicce, anno aduentum Annæ a Russia sequenti, teste Phranze suscepit, mundi nempe 6923. [Christi 1415.] cuius mense Martio die 23. in Cenchreorum portum saluus venit. anno deinde sequente 6924. Constantinopolim rediit. Profectionis illius mentionem facit Laonicus lib. 4. Hexamiliumque, quod & Phranzes testatur, ab eo refectum. Martinus Papa V. indulgentias plenarias postea concessit illis, qui ad Hexamilium propugnandum abire vellent. Quoniam vero de Cenchreorum nauali & portu hic mentio iniecta est, Lectorem admonebimus Leunclauium lib. 14. Historiæ Musulmanicæ, & in Pandectis Historiæ Turcicæ cap. 120. nec sibi constare, nec veritatem adsecutum omnino esse. Non sibi similis est, quod lib. 14. Geremen in Isthmo Corinthiaco prope Corinthum collocet: cap. vero 120. Pandect. in Laconia seu Tzaconia. quod impossibile est in duobus locis eandem urbem sitam esse. Veritatem partim adsecutus est, cum Geremen in Isthmo Corinthiaco prope Corinthum sitam dixit; at Corinthus non est, sed Cenchreæ in Saronico sinu, vbi quondam fuerunt Corinthiorum naualia.

AD CAPVT XXI.

LEVNCLAVIVS Histor. Musulm. lib. 12. & in Annalibus Turcicis expeditionis Mohametis contra Cineitem, qui illi Ismyroglus est, nullum verbum facit: sed aduersus Caramanum in Asiam mouisse scribit.

Ελθὼν εἰς Κύμω] *Κύμη πόλις Αἰολίδος παρὰ τῆς Λέσβου, ἀπὸ Κύμης Αμαζόνος.* Stephanus de urbibus. Idem Strabo lib. 11. Dominicus Marius Niger vult esse Phocæam nouam, quæ Lesbo obiacet.

Pag. 57. C *Τὸ τῆς Ἀρχαγγέλου λεγόμενον οἱ Τούρκοι δὲ Καγαζήκ*] Notitia Metropoleon sub Smyrnæ throno habet *ἑπίσκοπον τῆς Ἀρχαγγέλου*, qui proculdubio is est, cuius hic nomen a nostro refertur.

Τὸ Νυμφᾶϊον] Urbis istius nomen in partibus Æolidis, Lydiæ, aut Ioniæ in antiquis Geographis non reperitur: Ptolemæus, Strabo & Stephanus in Taurica Nymphæum habent inter Panticapæum & Theodosiam. Abrahamus Ortelius huius nostri in Lydia Nymphæi nullum verbum facit. At Gregoras duobus in locis de eo loquitur oppido. lib. 2. in fine, vbi de Iohannis Ducæ obitu, qui in eo obiit, *ᾧ ἐὶ τὸ νυμφᾶϊον τότε ποιούμηνος τῆς ἀλατρείδας.* & lib. 6. cap. 13. vbi de Porphyrogenito verba facit, *ἐπεὶ δὲ τέως ᾧ ἐὶ τὸ νυμφᾶϊον τῆς Λυδίας ἐτύλχθη, &c.*

Πυκτακρομισσοῦ] Phauorinus, *πυκτὸς πίναις, πρὸ Ὀμήρου, τὴν ἑπιτολίαν ᾧ ἐὶ τοῖς ὑστερον δηλοῖ.* πυκτὸς, *apud Homerum abacum seu tabulam significat, apud recentiores epistolam.*

In Latina versione post ista verba [Albanus sum] interserenda sunt, *cu- ius religionis.* respondit Adulas. *Antea Cauur eram, nunc Musulmanus sum.* Ibidem legendum [filiam meam vxorem legitimam.]

Ὁ δὲ μέγας μαγίστρος] Magnus magister militiæ Hierosolymitanæ tunc fuit Frater Philibertus de Nailaco natione Gallus, & antequam magnus Magister electus fuisset, Aquitaniæ Prior. Creatus fuit sociorum suffragiis anno 1395. vt lib. 4. tradit Iacobus Bosius, anno 1409. Pisas appulit ad Concilium proficisci cogitans, & Constantiensi interfuit. Rhodum deinde rediit anno 1420. & sequenti 1421. obiit, vt idem Bosius lib. 5. testatur. Verum de illius incepto Smyrnæ castrum iterum excitandi, deque cum Sultano Mehemete colloquiis verbum nullum facit.

Ἐγὼ μὲν πατὴρ] Melius sic reddetur ista periodus, *Ego quidem, ὁ pater, erga omnes Christianos liberalis ac magnificus esse cupiebam.* Hic enim patrem vocat Mehemetes Magnum Magistrum.

Τὸ ὑἷον Ἀλεξάνδρου τῆς Σουμανοῦ] Sufmanus ille Myfiæ inferioris Dux fuit, a Baiazite viuis captus, & in carcerem detrusus. Vt vitam impetraret, filius patri cognominis musulmaniffavit, quod a Leunclauio lib. 5. scriptum est. Sufmani quoque lib. 1. Laonicus mentionem habet. Cantacuzenus meminit etiam lib. 3. cap. 2. Sismani; qui Michaelis Myforum regis filius erat, qui ad Turcos primum, deinde Constantinopolim profugit. Illum repetebat Alexander Myforum rex, qui Michaeli successerat.

Ἐν τῇ Πάρω, καὶ Μύλω] Iuxta hodiernam pronuntiationem scripsit Μύλω. cum antiqui dixerint, Latini Melum.

Κατὰ τῆς Δούκας Ναξίας] Leunclavius de illo bello & prælio nihil habet. Laonicus lib. 4. non longe a fine, more suo confuso & intricato illud narrat, & classis Venetæ ducem fuisse Petrum Lauredanum asserit. A Duca dissentit in eo quod scripsit de Venetis, *τὴν τε Λάμψακον πολιορκίαν πρὸς ἐξήσθητο, καὶ φυλακῶν ἐγκυτέλιπον· καὶ ἄλλοι ὄχοντο ἐπὶ οἴκῳ ἀποπλέοντες, Lampfacum deditioe acceperunt, impositoque præsidio, domum renauigarunt.* Ducas ipsos frustra tentasse scribit, & Constantinopolim nauigasse. Phranzes lib. 1. cap. 31. paucissimis verbis de illo bello differit, ducemque classis Venetæ Petrum Lauredanum fuisse notat.

Ἀδριανοῦ κόλπον] Improperie appellat Adriani sinum. Mare Hadriaticum ab vrbe Hadria nomen habet, non ab Adriano. Notandum porro per sinum Adriaticum hic intelligi mare Ionium, quod Siciliam & Peloponnesum interfluit: & hodie a nautis *il Golfo* adhuc appellatur.

Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις] Hanc de noua secta historiam persequitur Leuncl. lib. 12. & in Annal. Turc. Bedredinis Semauinæ F. nomen nostro ignotum est, sicut etiam monachus Cretensis Leunclauio ignotus. magna singulariq; prudentia Sultani Mehemetishuic nascenti sectæ irum obuiam, quæ seditiones & tumul-

tus excitasset: quales postea contigerunt sub Soleimane anno 1526. in Asia minore excitati, vt lib. 18. Leuncl. notat.

Ibid. A

Ο κρινός καλοῦσι τυλάριον] Nautæ Itali in tabulis suis nauticis loci illius nomen, *Capo Stylari*, habent: eumque a Smyrna milliaribus 40. Phocæa veteri, *Foia Vecchia* milliaribus 20. a Chij sancta Panagia milliaribus 10. distare asserunt. Dominicus Marius Niger in Comment. Asiæ primo, differens de Chersoneso Chalcitide, talia scribit, *In cuius altero cornu promontorium est Numantis* (Mimantis dicendum erat,) *quod recentiores caput Stylari appellant.* Antiquis temporibus *μελάνα*, vt Strabo lib. 14. refert, appellabatur, inque eo promontorio Latomix molarium lapidum erant. quæ appellatio antiqua hodiernæ Turcicæ respondet: appellatur enim hodie Kara-borru, Kara-bornu vulgo pronunciatur, id est, niger nasus, seu nigrum promontorium. Fallitur Leunclavius lib. 12. cit. qui Caraboru, vel Caraburum Lyciæ oppidum, Turcicamque appellationem inde deriuatam putat. Caraborum, vbi secta illa increuerat, in Aidinensi ditio- nesitum est, cui Adin seu Atin imperauerat, cuius pars Ionia fuit. Cara-borum illud seu Caraboru promontorium est altissimum, quod finum, cui Smyrna adiacet, intransibus ad dextram obiacet.

Pag. 62. D

Ο τῆς Σουσιμανοῦ υἱός] Historiæ Turcicæ, quas edidit Leunclavius, expeditionum ab Alexandro Susmano, & Hali-bego in sectæ nouæ auctorem eiusque sequaces susceptarum non meminerunt; vltimæ, cuius Morates Mehemetis filius, & Baiazites Melazon duces fuerunt, solummodo meminere. Illubenter enim Turci se victos fatentur; nec hæcenus nisi semel atque iterum, prælio fractos fuisse se agnoscunt: bello nempe Temyriano, & nauali ad Naupacti, *Lepanto* vulgo, finum, a fœderatis cum Veneta Repub. Principibus Christianis superati. quem porro Ducas Bercligiam Mustapham, Leuncl. Buruglusem Mustapham appellat.

Pag. 63. C

Τετέ Σουλτανῶ ἐρής] Pronunciatur *Dede*, qua appellatione viris sanctitate ac grauitate præstantibus venerationem exhibent. *Dede* Turcice *auum* significat. Deruisium quendam ab ipsis *Sidik Dede* appellatum audiui, id est, *intime fidelem auum*, quod honoris causa ab ipsis factum: secundus enim a Præsule Deruisiorum erat.

AD CAPVT XXII.

Pag. 64. B

Ο δὲ παρρηθεις μέγας μάγιστρος] Philibertus de Nailaco appellatus. Καὶ ἐλυθέρους γράφεται ὡς δὲ τὸ ἅγιου Πέτρου] Bosius lib. 4. Hist. Ord. Milit. Hierosol. scribit anno 1399. Smyrnæ a Temyre expugnatam: statimq; magnum Magistrum in Cariam cum classe nauigasse: locum illic situ tutissimum inter sinus Ceramicum & Iasium, qui hodie *Golfo di San Pietro* appellatur, vbi quondam steterat Halicarnassus, occupauisse, & S. Petri castrum ædificauisse. de quo sic loquitur Bosius, *Il quale fù poi di gran gloria e riputazione a quest' ordine, e di grand' utile alla Christianità.* additque canes in eo castro nutritos fuisse, qui interdum vincti, noctu ad castri custodiam mittebantur: quorum adeo exquisita erat sagacitas, vt Christianos a Turcis olfactu dignoscerent; hos dilaniarent, illos ad castri portam saluos deducerent. lib. quoque 5. idem Bosius de isto castro differit. Notandum ergo discrimen quod inter Ducam & monumenta a Bosio in historiam suam relata intercedit, quorum tempora annis, vt minus, 17. a se inuicem distant. Si, quæ Ducas scripsit, vera sunt, & anno 1416. vel 1417. acciderunt, non potuit magnus Magister, qui tunc Concil. Constantiæ intererat, Smyrnæ venire,

castrum reficere, & cum Mehemete colloqui: oportet itaque Legatum magni Magistri aliquem, qui classi præfesset, a Duca Magnum Magistrum appellari. Porro verosimile non est Rhodios istos anno ipso, quo Smyrna a Temyre capta est, castrum sancti Petri in Caria ædificasse: totus enim ille Asiæ tractus a Temyriano exercitu occupatus erat. Præterea Smyrnæ situs opportunus magis est in medio fere interuallo Ponti Euxini, & maris Carpatij: cum S. Petri castrum in Caria, Asiæ minoris angulo locatum sit. hac de causa prius tentasse Rhodios Smyrnam iterum occupare, quam alias sedes quæsiuisse; & proculdubio Smyrnam facilius confugere poterant Christiani, & in libertatem se vindicare; quod iis quidem utile erat, atque etiam illi Rhodiorum equitum societati; qui ex illa confugientium multitudine socios nauales, volonesque remiges legere poterant, & ad nauales expeditiones excursionisque eorum opera vti.

Ο δὲ Μεχμετ ἡδη ἔαρος δ' ἔχοντος] Hæc est expeditio, cuius meminit Leuncl. l. 12. Ibid. D

Παῖς ὁ ὑπάτος ἀδελφῶν αὐτοῦ Μουσαφᾶς] Hic est Mustaphas, de cuius natalibus Pag. 65. B controuertitur. Historici Musulmani, quos sequitur Leunclavius, supposititium esse contendunt, eum propterea *Dusme* lingua Turcica appellant. Phranzes lib. 1. cap. 32. legitimum eum fuisse asserit, Moratisque secundi patrum, ab eoque victum & strangulatum. Laonicus lib. 4. Μουσαφᾶς γένοι ὁ τῷ Παλαιζήτεω παλιδωνεῖς, *Baiazitis filiorum vnus Mustaphas*. Ducas pariter illius filium fuisse asserit, idque aduersus reclamantes Turcos contendit. Leunclavius porro & Phranzes eum innotuisse sub Morate II. tradiderunt: Laonicus sub Mahomete Moratis patre: qua in parte cum nostro sentit. atque in enarrandis primordiis tumultus ab isto Mustapha excitati, Cineitis ad eius partes transitu, amborumque carcere mediocris est.

Μέγρι καὶ τῷ πυλῶν Θεσσαλονίκης] Laonicus dicit Thermam venisse, captos Ibid. D Constantinopolim deductos fuisse: verum Authoris nostri narratio amplior est, & circumstantiis appositis lucidior. In margine editi Laonici, anno 1615. Colonix Allobrogum Therma vocatur Theffalonica; Therma equidem a Theffalonica non longe abest, & finus Thermaici oris vtraque adiacet. Posterioribus temporibus Theffalonica appellata est, quæ olim Therma: si verum est testimonium Authoris, qui Catalogum descripsit vrbium aliquot, quorum nomina mutata sunt: Θέρμη καὶ Ημαθία, ἢ Θεσσαλονίκη. extat in MS. lib. 1334. Bibl. Reg.

Περί οὖν τῷ παρσφύγων] Manuel Imperator, vt Principem summum, alienæ Pag. 66. D clientelæ non obnoxium, generosum ac magnanimum virum decet, Mehemeti respondit. Indignum enim se facinus, flagitiumque admisset, seque Mehemetis subditum ac clientem confessus fuisset: si, asylorum ac hospitalitatis iure violato, confugientes ad se Mustapham & Cineitem tradidisset.

Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις] Infra huius Theologi, qui Corax dicebatur, scele- Pag. 67. D ra & prodiones, ob quas acerbissimo supplicio mulctatus est, latius explicantur; cuius apud alios nullum verbum inuenio.

Μᾶλλον δὲ θολόρου] θολόρος, Sordium aut fæcium collector. θολός enim signi- Pag. 68. D ficat cænum, sordes, fæces.

Παρελθούτος οὖν τῷ Μαχουμέτ] Mortem Mahometis I. anno Hegiræ 824. qui Pag. 69. A cœpit anno Christi 1421. Ianuarij 6. feria 2. Annales Turcici contigisse volunt. Leunclavius & alij, quo perierit morbo, non scripsere.

Κατέλιπε τὸν παρσφύγων τῷ υἱῶν] Leunclavius lib. 12. ita tradit Imperij heredem pri- Ibid. C mogenitum filium suum Mehemetem morientem declarauisse: & vt quam celerrime accerferetur ille, mortemque suam in occulto Bassæ tenerent, donec aduenisset, iussisse. Idem factum Morate II. mortuo, eiusque mors celata, infra cap. 33.

Οὗ ἦρχε Καραουλούκ] Hic Karaiülucus, siue Kara-oilucus apud Leuncl. lib. 14. Ibid. C

Hist. Musulm. filium habuit nomine Habilem a Damascenis, id est, Mizirensibus seu Ægyptiis in seruitutem redactum. Laonicus lib. 5. Carailuci filios Leucarnas appellatos dicit. Turcice porro Kara-oiluc idem est ac Latine *nigra meridies*. sicque a calore climatis, & terræ colore appellatur Mesopotamia. Eodem quoque libro notat Leuncl. Kifulis Cozzæ, hoc est, *rubri senis* filios Amasiannam prouinciam seu Sangiacatum latrociniis infestasse: eosque authores fuisse Chasani-bego Dulgadiris filio & Habili-bego Kara-oiluc-oglio in eas prouincias pariter grassandi: quos Cozzæ filios Iorguzes Bassa captos occidit, & Turcomannis prædas agendi facultatem in posterum ademit.

Pag. 70. A Ονομα τῶ ἀνδρὶ Παγιαζήτ] Hunc Baiazitem fuisse Vezir-azemum seu summum ex Leunclauio intelligere licet. Ille enim post Mehemetis mortem communicatis cum Chasi-eiuase, & Abrahamo Bassa consiliis, res omnes vsque ad Moratis aduentum administravit. Quæ porro de officiis Mehemeti a Baiazite Bassa præstitis, quæque de ærumnis quas ille post Temyrianam pugnam toleravit, nullus præter nostrum Ducam narrat.

Ibid. B Μονοχίτωνος] Per Monochitonem Deruisium seu Monachum Musulmanum tunica vna indutum intelligit.

Ibid. D Καὶ ἐν τῷ δόγματι ἢ ἀλαπ] Baiazitem Bassam per panem & salem, quos ei præbuerat, adiuravit Mehemetes, quæ ipsi mandabat, exsecuturum se esse. apud Leuncl. lib. 10. Emirem Suleimanem alloquitur Hali-Bassa, & de suorum imminente defectione eum monet, & verba ista adiicit, *Nec ab alio putes admonitionem hanc animo proficisci, quam illius hominis, qui diu & copiose patris tui panem & salem comedit.* Dominus itaque hoc historiæ huius loco adiurat per panem, quo victus præcipue constat; & per salem, quo edulia condiuntur, magisque grata palato parantur: quorum nomine seruus domino tenetur.

Ibidem Τα δὲ δύο ἀνδρα ὀκτώτη] Tres ergo solum mares superstites liberos reliquit Mehemetes. At Leuncl. quatuor fuisse ex Verantiana Historia asserit lib. 12. & 13. in Dufme Mustapha. Mares quinque susceperat, sed Ahmetes tertio genitus res humanas ante patrem reliquit. Fuerunt ij Morates, Mustapha, Ahmet, Iusuphus & Machmutes. Laonicus lib. 4. sub finem alio modo de Mehemetis liberis eiusque testamento differit: duos scilicet illi tantum Moratem & Mustapham fuisse filios. huicque Asiæ, illi Europæ Imperium dedisse, quod ita verisimile non est.

Θαυρὸν δὲ Μαχουμετ-πεγ] Paulo antequam obiret, occultari mortem suam, donec filius suus Morates adueniret, iussit.

AD CAPVT XXIII.

Pag. 72. B ΚΑΙ Δὲ Ἀχιδρόμου πινός] Curfor ille erat primus Cefnegir, id est, prægustator, nomine Eluan-begus.

Ibid. C Συμμέξαντες ἐκ πασῶν τῶν ἡμερῶν] Morates primus nomine huius militiae Genit-zerorum ex nationibus cunctis collectorum auctor fuit, sapienti equidem prudentique consilio vsus. inexhaustus enim fundus ille militum est, qui a nullo præter principem præmiorum spe dependent: cuius non solum mancipia, sed etiam alumni ac veluti filij sunt.

Pag. 73. B Παγιαζήτ σὺ τῷ Ἰπταίμ] Primi Veziri cadauer defuncti Imperatoris gestant, Romanos imitati Senatores, qui funus Augusti humeris extulerunt; vel Consulares, qui urnam, qua Seueri cineres Romam portati sunt, humeris gestarunt, vt notat Herodianus lib. 4. Hist. post Marcum.

Παλαμολόρον Λαχουλώ] Infra pag. 102. Λαχουλώ, vt alij etiam, appellat.

Πρὸς Χαζαρίαν] Constantinus Porphyrogenitus lib. de admin. Imperij cap. 5. Pag. 75. A Chazarorum mentionem facit; qui populi sunt ad Boream ultra pontum Euxinum siti, & Borysthenem accolentes, Cherfonorumq; vicini. Bulgari oram Danubij australem accollere: ripam oppositam Patzinacæ, seu Patzinacitæ, quæ hodie regiones a Valachis, Moldavis, & Podolis occupantur. Versus Borysthenem & Boream sequebantur Vzij, Chazari & Alani. eodem lib. c. 37. de Patzinacitibus loquitur Constantinus, *Κεῖνται περὶ αὐτῶν Δανάωρος ποταμοῦ πρὸς τὰ ἀνατολικώτερον καὶ βορρῳότερον μέρη ἀναποβλέποντα, πρὸς τε Οὐζίαν, καὶ Χαζαρίαν, καὶ Ἀλαρίαν, καὶ τὴν Χερσῶνα, καὶ τὰ λοιπὰ κλίματα. Ad Danapris seu Borysthenis ripam iacent, Patzinacitæ, ad ortum, & Boream, Vziam, Chazariam, & Alaniam, & Cherfonem, aliaque climata respicientes.* Hos Patzinacitas Vzij, & Chazari sedibus expulerunt antiquis: illique has occuparunt. Pulsis itaque Patzinacitis, probabile est Vzios & Chazaros ea simul occupasse loca: & partem illam Ponto Euxino, ostiisque Danubij vicinam, Chazariam ab illis populis appellatam esse. aliter certe constare non potest, quod Ducas scribit. tunc temporis enim imperante Iohanne, nihil ultra Thraciam, nedum Æmum montem aut Danubium, Constantinopolitani Imperatores tenebant: ita vt vicinia locorum, quibus imperabat Constantinus Palæologus accipi nequeat de Chazariæ antiquæ regione, sed de ista quam Chazari, pulsas Patzinacitas, occuparunt: quæ Ponto Euxino adiacens & Danubij ostiis, vicina aliquatenus dici potest Mesembriæ, aliorumque castrorum Euxini oræ Thracicæ impositorum. De Chazaris Cherfonæ seu Cherfoneso Tauricæ vicinis mentionem faciunt Georg. Cedrenus, & Zonaras in Iustiniano Rhinotmeto. Paulus etiam Diaconus Historiæ Miscellæ libro 20.

Οἱ Τούρκοι καταρῶντες ἐν Περσίῳ] Circa annum Christi 1042. imperante Romano Argyro, Turci in Persiam primo euocati sunt a Muchumete Imbrailis F. qui eorum opera aduersus rebellantes Indos & Babylonios, vti volebat. Turcorum rex tria militum millia, quorum dux erat Tagrolipix Mucaletus, e Selzucciorum gente nobili ortus, Muchumeti suppetias mittit. Post nauatam egregie aduersus Babylonios operam ad suos redire voluerunt: cum interim ipsos in Indiam ducere cogitaret Muchumetes. Hinc similtates ortæ, quæ Turcis Saracenos latrociniis vexandi primum causæ extiterunt, & in apertum tandem bellum proruperunt. Muchumetes victus a Turcis & occisus est: Selzuccij deinde Tagrolipicis posteris in Perside regnarunt, sedemque Imperij in Belche seu Balcha Chorazanis (Chorasminis vero prouinciæ secundum Georgij Chryfococæ catalogum in Astronomia Philolaica a nobis editum) vrbe habuerunt. Annis demum 160. vel secundum Turcos 170. postquam illic regnarunt, a Zengi-chane post annum 1200. Perside pulsi fuere. Turcis tum imperabat Aladines, qui relicta Perside in Lycaoniam venit, & Iconij sedem Imperij fixit. inde latrociniis & excursionibus Asiam minorem infestare, omniaque ferre & agere cœperunt Turci.

Εἰ δὲ καὶ Χερσῶνας] Huius animorum promptitudinis luculentum exemplum notare quiuis potest apud Leunclau. lib. 5. cum Morates I. aduersus Lazarum Seruicæ Despotam ad bellum se compararet. *Mox igitur vniuersis regibus vicinis, Caramanoglio, Tekensi, Aidinio, Mentefio & Saruchanio, indicta profectio fuit, & ingens aduersus Gauros expeditio. Illi vero lubentibus animis adfensi, coacta, quam quisque poterat, maxima multitudine militum, ad religiosum (vt ipsi quidem existimabant) hoc bellum semet accingebant. Præterea diuersis e regnis ac prouinciis tam extraneis, quam Osmanidarum Imperio subiectis, ad Sultanum Muratem magno Reguli numero confluebant.*

Ἀκκλω] Leunclau. in secundo Onomastico cum vnico κ scribit Akin. quæ Ibidem

vox *incursum*, *grassationem* & *depopulationem* significat: vnde Akinzileri, vel Akenzileri appellati sunt.

Ibid. D *Ἀλλὰ σήμερον πρὸς εἰρῆνῃ μεταρρηματισθῆμεν*] Qui gentis Turcicæ historias parum attente legerit, notasse potest duobus simul bellis hæctenus se implicitam noluisse, singulos adortam cum cæteris pacem coluisse: quos etiam bello infestauerit, pacem oblatam, cuius beneficio a toleratis ærumnis se recrearent, nunquam recusasse: & quanta quidem gentis illius prudentia tunc fuit, tantus Christianorum error mentisque cæcitas notari potest, qui res suas aduersus Turcos stare posse temporibus istis arbitrati sunt, quod cunctos simul bello non lacefferent: quasi a toto rescissa parte illud nec minueretur nec decrefceret. Nostri ergo otiosi (atque vtinam a mutuis bellis, incendiis, vrbium oppidorumque direptionibus ac euersionibus otiiati fuissent, nec lanienis mutuis cædibusque vires suas attriuissent) singulos opprimi permiserunt; quo admissio errore Bulgari, Seruij, Græci & Hungari maxima ex parte perierunt, Venetorumque Respub. ad angustiores terminos, amissa Cypro infula, redacta est.

Ibidem *Τὰ ἀνατολικὰ θέματα*] Id est, prouincias: Constantinus Porphyrogenitus lib. 1. *πρὸς θεμάτων*, nomen ad id significandum recens vsurpatum ait, Græcum tamen, *αὐτὸ γὰρ τὸ ὄνομα τῶν θεμάτων Ἑλληνικὸν ἔστι, ἢ οὐ Ρωμαϊκὸν, ἀπὸ τῆς ἑσπερας ὀνομαζόμενον. Nomen thematis ipsum Græcum est, non Romanum, [id est, Latinum] quod a thesi, [id est, positione,] deducitur. In themata illa distributum erat Romanum Imperium, quod in ἐπαρχίας etiam aliquando diuisum fuit; aliquando in Præfecturas Prætorio. Appellantur autem themata orientalia, vt idem Constantinus docet, *ὅτι πρὸς ἡμᾶς τοὺς κατοικοῦντας Βυζάντιον, καὶ πᾶν τῆς Εὐρώπης γῆν λέγεται ἀνατολικὸν, Quoniam respectu nostri, qui Byzantium incolimus & Europam, Oriens appellatur.**

Pag. 76. D *Τούτων οὕτως ἀρχμαλοῦ. τὸ πέμπτον*] Nouella ista constitutio circa annum Christi 1362. capta Adrianopoli, regnante Sultano Morate I. sancita est, quod apud Leuncl. Hist. Musulm. lib. 5. videre est. cuius author fuit Cara-Rustemes Molla, seu Meulana, aut Talifmanus, id est, legis Musulmanicæ peritus, illiusque verba talia referuntur. *Quintum quodque, respondit Cara-Rustemes, ex illis mancipiis, quæ Turci milites nostri capiunt, de præscripto legis diuinæ Sultano debetur. Hæctenus equidem mancipiorum quinta pars Sultano addicta non fuerat: sed prædæ reliquæ solummodo, cuius exemplum habemus in Ertogrul-bego apud eundem Leuncl. lib. 2. Prædæ quintam partem excepit, in milites reliqua lucra distribuit. Inde dictam spoliiorum quintam partem, ceu Principi debitam, gratulabundus Sultano Aladini misit. Illa porro mancipiorum quinta pars Genitzerorum ordini ac numero adiuncta est.*

Ibidem *Ἐξισωταί*] Sunt illi qui res inspiciunt, & ex arbitrio, secundum ius & æquum eas æstimant. Suidas, *ὁ ἰσώτης, ὁ ἐπόπτης*. idemque significat *ἔφορος*, qui recognoscendi, recensendi, ac inspiciendi ius habet.

Pag. 77. A *Ζαρχυλὸν λέγουσι*] Capitis est tegumentum e lana alba, quo vtuntur Genitzeri, cuius formam & figuram multis in libris expressam habemus. Fimbria aurea circumdata est Zarcula, in parte eius anteriore adsurgit cylindroides argentea vel ænea fistula; & a vertice in dorsum syrma trium spithamarum longitudine demittitur: Genitzeris est album, quibusdam alij rubrum id capitis tegumentum.

Ibidem C *Ὅτι ἑσθήσον μετεβάλλεται*] Huiusce indifferentiæ in Principibus agnoscendis luculenta exempla exhibita sunt in Baiazitis I. liberis quatuor. In Mehemetis I. duobus filiis, Morate & Mustapha. In filiis Mehemetis II. Baiazite II. eiusque fratribus: Sultani quoque Suleimanis liberis: & tandem hoc sæculo in Achmetis Sultani fratre Mustapha, & liberis.

AD CAPVT XXIV.

Ο Δημήτριος λαβὼν τὸν Μουσαφῶ] Laonicus lib. 5. de reducendo in Imperium Pag. 78. A Occidentis Mustapha initum consilium alio, quam nos, modo exponit. Dissensisse nempe inter se Imperatores; Manuelemque pactis cum Mehemete foederibus stare voluisse: atque eius filio Iohanne adnitente Romæos Mustaphæ partes fouisse: Phranzes etiam lib. 1. cap. 40. rem breuissime narrat: vterque sane ieiune, & Leontarij nomine omisso. Ducæ & Laonico contrarius est Phranzes, dum Iohannem Imperatorem reduxisse e Peloponeso Mustapham scribit. Leunclaius lib. 13. Hist. Musulm. de Mustapha Dufme historiam aspiciatur; eumque post Sultani Mehemetis I. mortem in Selanicensi seu Thessalonicensi vrbe primum innotuisse scribit.

Θεσσαλίας ἄγρι Ερειασὸς] Aliter Ιερισσὸς appellatur, in catalogo urbium, quarum nomina mutata sunt, qui habetur in Cod. manuscripto Biblioth. Regiæ, Ιερισσὸς ἢ Ἀπολλωνία, Ierissus nunc appellata, Apollonia olim vocata fuit. Notitia Patriarchalis Throni Constantinopoleos, sub Thessalonicensi Metropoli ta habet ὁ Ιερισσὸς, ἢ τοῦ ἁγίου ὄρους. *Ierissi Episcopus, vel Montis Sancti*: id est, Athi Montis. Mela Acroathon illam appellat, & Ptolemæus Ἀθῶ ἄκρον, *Promontorium Athi*. Hoc tamen loco notandum Erißsum & Athon in Macedonia, non vero in Thessalia, sitos esse: & Ducam aut errasse, aut aliis finibus regiones illas terminatas fuisse, quam quos antiqui Geographi produunt.

Καὶ δὲ τὸ βασιμουλικόν] Scriptum reperitur etiam *βασμουλικόν*. Nicetas in Manuele Comneno *βασμούλοις* vocat, & leuis armaturæ milites exponit, καὶ τὸ ἑραποδ ἔλαφρον, τοὺς πρὸ ἡμῶν λεγόμενους βασιμούλοις. Niceph. Gregoras lib. 6. *βασμουλικόν* appellat. Georgius etiam Pachimerius in historia Gasmulicum, & natos tales milites viris Latinis, mulieribus Romanis, id est, Græcis, ad bella animosos esse dicit: eadem etiam significant Gregoræ verba loco citato, qui eos Græcis Latinisque moribus adsuetos dicit, ab his fortitudinem, ab illis audaciam didicisse.

Οἱ δὲ τῆς Μωράτ' δοκιμώτατοι] Quam Ducas orationem Veziros ad Moratem habuisse hoc loco narrat, quicum historia Verantiana apud Leunclaium consentit, eam ad Baiazitem Bassam illos habuisse Morates Dragomannus apud eundem asserit. In narrandis enim rebus hisce a Baiazite gestis, Morates a Ducæ & Verantiana historia discrepat, dum Bassam illum, ad solam famam prosperi rerum Mustaphæarum successus, a Morate defecisse scribit.

Τῆς προποντιδὸς τῆς ἱερῆς γόμου] Ducas Bosporum Thracium, errorem vulgi secutus, Propontidem perperam vocat: illis quippe temporibus, binæ Propontides a Græcis imperitis ferebantur. Codex Reg. MS. *Προποντιδὲς δύο, ἢ μὲν κατὰ τὴν Ἀβυδὸν ἢ δὲ κατὰ τὴν ἱερὴν καὶ Ψαμμαθίων. Vna ad Abydum: alia ad [ostium] sacrum ἐστὶν Ψαμμαθίων. ἱερὴν γόμον*, ad Bosporum pertinet Thracium: vbi in angustissimam latitudinem coartatur fretum. In vtroque littore castrum ædificatum est: Gillius lib. 3. cap. 5. de Bosporo Thracio adeundus.

Μεγάλη Κάρυα] Ptolemæus & Stephanus in Thracia Chersoneso habent *Καρδία*; quam Dominicus Marius Niger comment. 10. in Europ. Geographiam Cardiaspolim appellat. Illam quoque exhibent Tabulæ Geographiæ Cæsiorum in Chersoneso Thracica, quæ proculdubio illa est *μεγάλη Κάρυα*, pro *Καρδία*, a Græcis antiquis appellata. Leunclaius in Pandectis Historiæ Turcicæ cap. 26 in Thracia Cherepolim locat, quam Græci Chariupolim appellant. Notitia Episcopatum sub Patriarcha Byzantino exhibet *Χερσιούπολιν* Heracleensi

Thraciæ Metropolitæ subditam. Cantacuzenus lib. 1. cap. 42. habet etiam mentionem illius vrbis, *μεγάλη Καρύα, καὶ τῆς Δίππηος λεγόμενον ὄρους, Magna Carya iuxta Lipicem montem sita.* Lib. 3. cap. 76. de ea loquitur, ita vt Hexamilio Chersonesi Thraciæ vicina sit; vbi & cap. etiam 77. illam Chariupolim vocat.

Pag. 84. B Ελθὼν δὲ ὁ Τζιναήτ] Laonicus lib. 5. Baiazitem Bassam iussu Mustaphæ interceptum: & Phranzes lib. 1. cap. 40. scriptum reliquere. Leunclavius lib. 13. ex historia Verantiana tradit, occisum fuisse Vezirorum invidia: qui, vt diutius Veziri munere apud Mustapham fungeretur, pati nequibant. Ex Morate Dragomanno addit, necatum fuisse in loco quodam Salidere dicto. Hamzam huius Baiazitis fratrem a Magnatum parte, qui saluum eum volebant, seruatum fuisse Verantiana Historia narrat.

Ibid. C Οἱ δὲ τῆς Καλλιουπόλεως] Laonicus & Phranzes delusos fuisse Græcos a Turcis narrant: hi siquidem illis Callipolim relinquere, vt inter ipsos conuenerat, noluerunt: causam, cur id facere recusarent Turci, affert: quod sibi rebusque suis nondum satis confirmatis, talem urbem Græcis concedi haud expediret. Phranzes, id sibi religiosum esse Turcos dixisse, docet: in eo quippe loco cerimonias litaniaeque iuxta Musulmanicum ritum primum celebrauerant, postquam in Europam transierunt: lege propterea sibi veritum Christianis eum tradere. A Phraze non dissentiunt Mustaphæ ad Leontarium verba.

Εγύσασου πὰ τεράκοντα ἔτη] Fieri nequit, vt a Baiazitis Iltrim obitu ad hanc diem anni triginta numerentur, cum Baiazites obierit anno Christi 1402. Leontarius vero anno 1422. hæc ad Mustapham verba habuerit.

AD CAPVT XXV.

Pag. 87. C ΜΑΘΩΝ δὲ τῶπα ὁ βασιλεὺς Μανουήλ] Verisimiliora sunt quæ noster hic explicat, quam illa quæ Phranzes & Laonicus, quasi per transfennam & negligentissime percurrunt. Delusus enim a Mustapha, qui opem tulerat, Manuel ira commotus consilia, quibus istum pessumdare, suasque in tuto res collocare possit, iure agit, & ad finem perducere laborat.

Pag. 88. B Πέμπει πρὸς βασιλέα Ἰπερούμ] Frater huius Abrahami fuit Hali-begus: quem cap. 21. fugatum vidimus a Percligiæ Mustaphæ sectatoribus.

Δρουγγάρους καὶ Κώμητας] Drungarij sunt classis præfecti, quibus inferiores erant Comites. Videndus Curopalates in officiis aulæ Constantinopolitanæ.

Ibid. C Καὶ μεσάζων τῆς ἡγεμονίας τῆς Μωρατί] Μεσάζων hic pro συμβούλῳ, seu consiliario, Turcis Vezir dictus.

Pag. 89. B Ἐν τῇ Φωκίῳ] Plinius lib. 5. c. 29. *fnis Joniæ Phocæa.* Idem, qui lib. 35. loca omnia, in quibus alumen gignitur, enumerat, huius in Phocide Asiatica montis, in quo alumini conficiendo apti lapides reperiantur, non meminit. A multis etiam annis ommissæ sunt illæ alumini officinæ: nec hodie occidentalium provinciarum mercatores, Phocææ nouæ confectum, in Occidentem aduehunt. Quoniam vero de alumine conficiendo hic sermo est, ex Petri Bizari Senatus Populique Genuensis Historiæ lib. 13. lineas aliquot transcribemus, quibus in Occidente restitutam alumini confectioem anno 1459. adnotauit. *Bartholomæus Pernix, ciuis ac negotiator Genuensis solertis ingenij, rerumque naturalium diligentissimus inuestigator, in Ischia insula plures scopulos ad alumen conficiendum aptos reperit: adeo vt, parte illorum desumpta, & in fornace decocta, optimum ac præstantissimum alumen inde constauerit: Fuitque primus, qui hanc artem diu in Italia, & plerisque aliis regionibus intermissam, ac fere extinctam, cum incredibili multorum beneficio, in usum tanquam postliminio reduxerit, dignus profecto, cuius nomen ab omni interitu*

interitu vindicetur. Hoc idem adnotavit Augustinus Iustinianus lib. 5. Chron. Genuensium.

Εν ταῖς ἡμέραις δὲ τῆ βασιλείας Μιχαήλ] Nicephorus Gregoras lib. II. cap. I. de Phocæa Cataneis concessa, sic loquitur: κληῖρος δὲ αὐτῆς παρεληθὼν ἡμῶν ἀπὸ πατρῴων ἢ Φωκῆα, πρὸς τῆ βασιλείας καὶ πατρῶου τῆ βασιλείας σφισὶ δδῆσαι ἐπιβουλήν ἐνεκεν, καὶ χρημάτων πινὸς πορισμοῦ. δὲ δὲ καὶ χρόνους πακτοῖς, οἱ τῶν ἐφορέων ἀφ' ἀρχαίων, γράμμασι βασιλικῆς ἀναμεινῶντες αἰεὶ διετέλουν τὴν δδῆσιν τῆ κληῖρου. μὴ λαθῆ παρὰ κρουσαμῶν τὴν βασιλικὴν δεσποτείαν ἢ μεταξὺ τῆ χρόνου μάχης παρὰ τοῦ. *Phocæa iure hereditario ei [Cataneæ] obtigerat a maioribus accepta, quibus ab Imperatoris auctore, eoque Imperatore, ut eam regerent, vectigal et pensionem eo nomine ipsi soluerent, concessa erat. Idcirco definito temporis intervallo, qui regimen illius cepissent, bulla Imperatoria donationem hereditatis sibi renouari postulant, ne temporis lapsu contra dominium iusque Imperatorium præscribant.* Catanea iste, de quo loquitur Gregoras, Mitylenen inuasit, (ut etiam ex Cantacuz. hist. lib. 2. c. 29. discimus) & Imperatorem Andronicum iuniorē viribus imminutum spreuit: cui tamen Genuenses Phocæam & Mitylenem postea dederunt. ex illis Gregoræ verbis constat, Phocæam tanquam feudum Cataneis concessam fuisse: aut potius contractu emphyteutico ab Imperatore locatam pensionis seu vectigalis annui accipiendi causa. Cum vero de Imperatoris Andronici iunioris auctore hic loquatur Gregoras, de seniore intelligendum esset Andronico, quem iunior excepit. at verba illa, ἀπὸ τῆ πατρῴων, ostendunt Cataneam illum non a patre, aut auctore, sed ab auctore saltem, successionis iure accepisse: propterea temporum exigente ratione Michaelē Palæologum I. qui teste Bizaro lib. 4. Hist. Genuens. Smyrnam & Chium Genuensibus anno 1261. donauit, eam concessisse. Ita ut Ducas rem accurate tradiderit; qui prout gesta erat probe nosse potuit: ut pote qui Lesbii Principis negotia procurauit, & Phocææ domum possedit.

Εν τῇ Ἀμισῶ, ἐν τῇ Ἀμαστρίδι, ἐν Καφῶ] Amisus, seu Aminsus Galatiæ oppidum, Turcis *Hemid*. Amastris Bithyniæ Metropolis olim, *Samaastro* vulgo. Capha olim Theodosia Tauricæ Chersonesi.

Καὶ σὺν τοῖς Φραγκοῖς διέτερον] Id est, cum Adurno. Occidentales namque omnes Germani, Itali, quique occidentales illis sunt, Franci ab orientalibus appellantur. Pag. 92. C

Ἀλλὰ πονηρὸς ὢν] Cineites vbique perfidus: sponte equidem Mustaphæ partes secutus fuerat, eiusque natalium statum testimonio suo vindicabat, Baiazitis filium verum esse asserendo. cum se Mustaphæ adiunxit, eum magis strenuum forsitan crediderat; cumque spe ac opinione se deceptum sensit, rebus suis consulere eum deserendo, quam cum eo perire maluit. Multos Cineites sectatores habet, pauciores Cicero: qui cum Pompeij imprudentiam negligentiamque peruideret, Cæsarem vero acrem magis ac strenuum cognosceret; volens sciens partibus Pompeianis perituris adhærendo, pericula victis impendunt potius obire, quam fidem corrumpere elegit. Pag. 93. A

Εν ταῖς ἀρχαῖς] pro ἐν ταῖς ἀρχαῖς. Sicque voluit scribere: sed vitiosæ pronunciationis perpetuus Iotacismus, in scribendo etiam ista οἱ, η, εἰ, υ, ι, confundit, nisi linguæ Græcæ peritissimus sit scriptor. Ibid. A

Ἠλθεν εἰς τὸ Λοπαδίον] Lopadium, Turcis *Vlubat* dicitur. Leuncl. Ibid. B

Τόντε Χατζιζαχάτην] Ille est quem Leunclavius lib. 13. Chazi-Eiuazem appellat. Chazi apud Turcos ille dicitur, qui religionis causa Meccam aut Medinam adiuit. Ibid. B

AD CAPVT XXVI.

SCRIPTORVM, præter Ducam, nullus accurate narrat, quibus artibus Cineites a Moratais sollicitatus Mustapham deseruerit.

Pag. 95. D Μετα γδ τῶν Ταρτάρων ἑπιδρομῶν] Ex his constat Cineitem non fuisse ex Atin- nis seu Aidinis posteris; quamuis id velit Leunclaius.

Pag. 96. A Κελεπάζισι ἀνδρσι Τεβαλαῶ] Supra cap. 21. Alexandri Susmani filium illum appellauit.

Pag. 97. A Χλίερα κὺ Θυάπτεα] Sub Ephesino Metropolita Episcopus vrbis Chlieræ constitutus erat: locumque vltimum tenebat: eidemque metropolitæ subdi- ti sunt Thyraeorum, quæ hodie Thyria dicitur, Bryelæ siue Βρυούλων, Erythra- rum & Clazomenarum Episcopi. At Sardium Metropolitæ subditus erat Thya- tiræ Episcopus. eadem, quæ Ducas, Stephanus & Strabo vrbiū nomina habent.

AD CAPVT XXVII.

Pag. 99. A Ο δὲ Ἀδύρνος] Laonicus lib. 5. & Leuncl. lib. 13. naue vna Genuensi, quæ for- tuito ad Lampfaci oram appulerat, vsū esse ad transfretandum Moratem narrant. Phranzes lib. 1. cap. 40. Moratem, vt traiceret, nauibus Genuensibus vsū esse ait.

Pag. 100. D Πεειτεώειον] Castrum est; sub Traianopolitano Metropolita Episcopatus. De illo loco ita loquitur Cantacuz. Hist. lib. 2. c. 38. dum recenset oppida ab Andro- nico iuniore instaurata, οὐ μὲν ἀλλὰ κὺ περὶ Θράκιω περὶ ἄλιον ἐτέραν πόλιν, καπεσο- κεμμένιον κὺ αὐτίλ, ἧς φασὶν Αναστάσιον βασιλέα Ρωμῶν οἰκιστὴν; κὺ ἐξ ἐκείνου περσο- γρηβορδῶν, ἀνέστησεν αὐτῆς, οὐ πᾶσιν, ἀλλ' ὅσον μάλιστα ἐν τῷ ἑποβαλῶν, Πεειτεώειον περσο- γρηβοσεν. Verum etiam in Thracia maritimam aliam urbem adificauit antea dirutam; cuius condita auctorem Anastasium Imperatorem dicunt, & de eius nomine Anastasiopolim vocatam fuisse. Illam [Andronicus] refecit; non totam equidem, sed quantum spa- tij concludere potuit, Peritheoriumque appellauit. Vrbs illa Æno vrbi vicina est in Thra- cia sita, non longe ab insula Thaso.

Pag. 101. A Εν τῇ Δημοσίῳ τόπῳ] De castelli pinna suspensus a Leunclauio dicitur lib. 13. in loco autem publico factum, vt supposititium Mustapham homines crede- rent. Principes enim Musulmani clam & extra hominum conspectum fratres & consanguineos necare consueuerunt.

Porro quod ad annorum notam spectat, obseruandum est Leunclaium Hist. Musulm. lib. 13. bellum a Mustapha Morati illatum, & vniuersas ad illius interitum res gestas, ad annum Hegiræ 825. [Christi 1422.] referre: cœpit enim ille 1000cxxv. Hegiræ anno, Christi 1421. Decembris 26. fer. 6. Cyclo Solis 2. li- tera E. Adque eundem annum lib. 1. cap. 40. ista Phranzes retulit. Idem vero Leunclaius in Annalibus Turcicis ad annum 827. Hegiræ, Christi 1424. (per- peram 1425. apud Leunclaium legitur) Moratem salutatum esse Imperatorem, capto strangulatoque Mustapha Dufme, narrat. Ista igitur conciliare tali di- scrimine adhibito oportet: ita vt dicamus, post mortem Mehemetis aduer- sus eius filium Moratem statim Mustapham rebellasse, ac pro Imperatore se gessisse: id bellum triennio gestum esse: ac tandem capto strangulatoque Mustapha anno Hegiræ 827. [Christi 1424.] finitum esse. Hunc equidem Mustapham triennio regnasse testis est Laonicus lib. 5. ἐτελεύτησε δὲ Μουσαφᾶς

βασιλεύσας ἐν βυζάντιον ἔτη τρία. *Vitam finiuit Mustaphas, postquam tres annos in Europa regnauerat.* Plura equidem gesta sunt, negotia plura agitata, Legati de iungendis fœderibus vltro citroque missi, quam vt anni vnus spatio perfici potuerint. Recte itaque Caluissius in Chronologia Mustaphæ mortem anno 827. Arabum [Christi vero 1424.] adsignat: quem etiam, Annalesque Turcicos sequimur.

AD CAPVT XXVIII.

ΕΝ ὀλίγοις δὲ ἡμέραις] Hanc Constantinopoleos obsidionem Phranzes refert Pag. 102. C
 ad annum mundi 6930. vt & Iohannes Cananus, breui a doctissimo clarissimoque viro Leone Allatio edendus. Noster Ducas eodem anno, quo Mustaphas strangulatus est, tradit, id est, anno Christi 1424. mundi 6932. Laonicus lib. 5. post interfectum Mustapham, Constantinopolim a Morate, frustra tamen obsessam ait; idemque Phranzes lib. 1. cap. 32. quod Annales Turcici silentio transmittunt.

De Theologo illo Corace, & Pylle nihil apud Phranzem & Laonicum legimus.

Ο δὲ βασιλεὺς Μανουήλ] Hunc Mustapham Moratis fratrem, Mustaphopolim Phranzes lib. 1. c. 40. appellat, Byzantiumque venisse tradit. Laonicus vero illum apud Caramanum degisse, quæque ad victum necessaria sunt, ab eo accepisse scribit. Constantinopolim deinde venisse: Græcorum tandem factione in Asiam transfectum, ab Aliaze Saraphtare, cui Mehemetes eum crediderat, Morati proditum, huiusque iussu strangulatum. Leunclaius lib. 14. ex Verantij & Haniualdi monumentis illam historiam fusius explanauit. Pag. 104. C

Μανουήλ ἔκειτο] Mortem Manuelis Phranzes accidisse tradit anno 6933. Iulij Pag. 105. A
 21. [id est, Christi 1425.

Ακιντζίδας] Id est, Cursores, *Ackin* excursio. dicuntur etiam Akenzij. Pag. 105. D

Επιμάσας τὸν τῆς ἐδάς πρώτον] Quæ ex Haniualdanis monumentis refert Leunclaius, Ducæ narrationi magis congruunt, quam quæ ex Verantiano lib. excerpta sunt. Laonicus huius aduersus Cineitæ expeditionis nullum verbum facit. Pag. 106. A

Υψηλὴ ἐπωνομαζόμενον] Turcis appellatur Ala-Sar, vel Alachifar, id est, altum Pag. 107. A
 castrum. Hypsilin quoque eam vocant, quæ nostro maritima est.

Αμώλειον] Phrygiæ maioris vrbs. Ibid. D

Τὰ τειλάκοντα] Alibi non extat huius loci nomen. Pag. 108. A

Πέρσιβας Παλαετιζίνος] De isto nihil reperio in Genuensi Historia. Ibid. C

Ο δὲ Χάμζας] Hic Hamzas est, qui a Cineire seruatus fuit, Baiazitis Bassæ Ibid. D
 frater; de quo supra actum cap. 24.

AD CAPVT XXIX.

Ο ΜΟΙΩΣ ἢ Λάζαρος] Non appellabatur Lazarus, sed Stephanus Lazari F. Pag. 109. D
 hic loquutus est Turcorum more: qui Seruiæ Despotas Lazaros siue Lazar-oglios appellarunt.


Ο δεσπότης Ανδρόνικος] Laonicus lib. 4. ab Andronico qui elephantiasi postea Pag. 110. A
 obiit, venditam Venetis Thessalonicam, quod ad tuendam illam impar esset. lib. deinde 5. post Mustapham a Morate fratre suo occisum, Thessalonicam ab hoc Morate expugnatam fuisse tradit. hoc loco meminisse oportet a Laonico Thessalonicam Thermam vocari. Phranzes lib. 1. capp. 21. & 32. etiam adeundus.

Sed cap. 21. errorem admittit & parachronismum : ait enim Andronicum eodem anno Theffalonicam vendidisse, quo Theodorus Lacedæmonem Rhodiorum Collegio Spartam vendidit, quod est falsissimum. Nicolaus Doglionius Venetæ Hist. lib. 6. Theffalonicam a Morate II. captam anno 1430. scribit, postquam per annos quatuor sub Venetiarum dominio steterisset. Annales Turcici ad annum 833. referunt, qui cœpit anno 1429. Sept. 30. feria 6. Phranzes lib. 2. cap. 9. mense Aprili anno 6938. [Christi 1430.] occupatam a Turcis Theffalonicam scribit. Paulus Maurocenus Patricius Venetus Hist. lib. 20. anno 1430. tradit Andream Dandulum, qui Ducis titulo res gerebat, & Paulum Contarenum Capitanei munere fungentem, ignavia ac socordia sua Theffalonicam perdidisse.

Pag. III. B Εἰς Σέρρας ἦλθε] Serræ Theffaliæ vrbs Metropolis, thronum 58. sub Leone Philosopho tenuit.

Pag. III. B Εἶτα ἐκέλευσε εἶ) ἐν χερσὶ τῶν Χριστιανῶν] Hoc notavit Author noster, quoniam Turcorum instituto aduersari videtur : qui Christianorum templa, in quibus preces suas recitauerint, lege vetiti restituere se posse negant.

Ibidem C Τοῦ βαβόδα Βλαχίας Μύλτζου] Vt Ducæ narratio, quam de Valachis hic profecutus est, rite intelligatur, principum istorum seriem genealogicam subiiciemus : qualem ex textu ipsius colligimus.



De Mirke & Dano Iohannes Thwrozius in Chronicis Hungaricis anno 1415. cap. 17. mentionem facit, eodem sanguine natos, non tamen fratres fuisse : quorum hic Turcorum auxilia, ille Sigismundi opem implorauit. Antonius pariter Bonfinius Rerum Hungaric. Decad. 3. lib. 3. anno 1415. sic loquitur. In causa Valachorum duo fuere Principes, Daan alter, alter Merkes dictus est, vterque eodem genere natus. dominandi gratia est nata discordia. Daan cum se viribus inferiorem esse cerneret, præcipiti consilio tractus ad Turcarum opem confugit : a quibus auxilia, quæ petierat, facile impetrauit, cum occupandæ illi Daciæ potissimam hanc esse ducerent occasionem. Quare vt cognatum sibi infensum regno exigeret, prophanas Legiones induxit. Merkes, ne Turcas Daciæ inuadere pateretur, neue fœdæ gentis opibus regno eiiceretur, ad Sigismundi opem confugit, &c. Lofoncius cum exercitu ad tuendum Merkem missus a Turcis & Valachis cæsus est. Laonicus lib. 4. de Myrke, & Tano verba facit, quorum opibus & auxiliis vsus est Moses aduersus Musulmanum. lib. 5. Draculum ab Hunniade victum, & Daciæ seu Valachia Danum præpositum fuisse : qui omnes Draculij consanguineos & affines occidit : qui Duces Myrxæ filij nothi erant, ait Laonicus. ex Iohanne vero Thwrozio discimus, post cladem Varnensem ab Hungaris acceptam, Iohannem Hunniadem Coruinum fuga salutem sibi quærentem in Walachiam euasisse, ibique a Draculio Vauoda captum, aliquandiu detentum fuisse. tali iniuria accepta ira incensus

Hunniades in Draculium anno 1446. mouet, captumque cum filio eius primogenito capite plectit. Dani quoque Vaiuodæ filium luminibus priuat. Laonicus lib. 7. de capto a Draculio Hunniade etiam differit; & hunc in Dacos mouisse, vt Daanum in possessionem Walachia mitteret. Belli exitus is fuit: Daci Draculium deserunt, & ad Daanum transfugiunt. Draculius a suis desertus fugæ se mandat, a qua per Danum, qui eum infecutus fuerat, retrahitur, ab eoque vna cum filio interficitur. Aut igitur Laonicus de Dano isto falsa scribit, aut duos fuisse necesse est: vnum, iuxta Hungaricam historiam, excæcatus: alterum, qui, iuxta Laonicum, Draculium interfecit. De his Mirke & Dano pauca Leunclaius in Pandectis numero 71. sed quæ nullius sunt momenti.

Εν ἐκείνῳ δὲ τῷ ἔτει] Huius belli Caramano illati Laonicus lib. 5. & Leuncl. lib. 14. mentionem faciunt. Pag. 113. C

Ακσιάρη, Πελοποι] Leuncl. lib. 14. captas has vrbes dicit, quas vocat Acsherem & Beg-Scheherem, & eodem libro Boscara appellat. In tabulis Geographicis vulgatis Sari, quæ forte Acfiari, sita est ad Septentrionem Iconij. Bogas, quæ Begfiari vel Boscara est, ad ortum & meridiem Iconij respectu iacet. Fallitur Ortelius, qui Ac-Serai Leunclaiij Anazarbum facit: cum Anazarbus in Cilicia finibus orientalibus olim fuerit, quæ ab Iconio plurium dierum itinere distat. Pag. 114. B

AD CAPVT XXX.

ΟΤΙ ὁ δεσπότης Σερβίας υἱὸς τῆς Λαζάρου] Vt clarior sit legentibus Historia Ducæ Ibid. D
in illis, quæ ad Seruiæ Despotas spectant, repetemus hic ex Mauro Orbino, qui Italice Regnum Slauorum scripsit, Genealogias duas, vnam ex parte, gentis Nemagnæ scilicet; alteram Priuaziorum.

P A R S G E N E A L O G I Æ
Gentis Nemagna.

MILVTINVS, vel VROSCVS SANCTVS.

W LADISLAVS. VROSCVS a filio Stephano laqueo inter- CONSTANTINVS.
emptus anno 1331.

PRIMISCIA, STEPHANVS DVSCIANSVS obiit NEDA Michaelis Bulgaro-
vel SIMISSA, ad Διπύτταρον, ab Andronico iuniore ex- rum Regis vxor. de illa Can-
tractum oppidum, anno 1354. ætat. 45. tacuzenus lib. 3. cap. 2.

VROSCVS Rex vltimus gentis Nemagnæ: quem Cantacuzenus lib. 4. cap. 43. οὐρεσιν appellat Cralæ filium: qui aduersus Simonem auunculum suum Acarnania Principem bellum gessit.

Vnde patet Ducam cap. 3. huius historiae errasse, cum Lazarum Stephani, qui in hac Genealogia Duscianus est, filium asserit; quod forte crediderit alium præter filium Stephano Cralæ non successisse. Lazari itaque Genealogiam exhibebimus, vt vltimorum Seruiæ & Rasciæ Despotarum originem videamus.

GENEALOGIA GENTIS PRIBAZIÆ,
ex qua ultimi Seruic Despotæ.

PRIBASIVS.

Despota LAZARVS occisus in prælio ad Cossouum campum : is Vroasco, Stephani Duf-
ciani F. Imperij partem armis ademit.

STEPHANVS Despota Seruicæ.	MARA, vel MARIA vxor Wki Branchou- kij.	HELINA, vel HELENA vxor Nico- lai de Gara.	DESPINA, vxor Balsæ.	WCOSAVA, vxor Milos Kobilichij, qui Mora- tē I. occidit.	MILIEVA, vxor Baiazi- tis primi.	Wk.
----------------------------------	---	---	-------------------------	--	--	-----

STEPHANVS.	GEORGIVS, Despota Seruicæ succedit auun- culo suo Stephano. eius vxor Irene Canta- cuzena.	GREGORIVS.				
GEORGIVS.	Wk	MARIA, vxor Bonifacij Mar- chionis Mon- tistferrati.	CATHARINA Comitis Ci- liæ Vldarici vxor.	LAZARVS.	MARIA, vxor Mora- tis I I.	NN. filij duo a Morate lu- minibus pri- uati.
IOHANNES.	IOHANNES.	IOHANNES.	IOHANNES.	IOHANNES.	IOHANNES.	IOHANNES.
MARIA, vxor Ferdinandi Fran- gipani.	MARIA, vxor Stephani Bozi- næ Regis.	IERINE, vel IRE- NE vxor Iohannis S. Petri in Galatina Ducis.	MILIZA, vxor Leonardi Des- potæ Larten- sis.			

Ex ista Genealogia & ex Historiæ consensu Leunclauij error confutatur, qui
Baiazitis I. vxorem Georgij Despotæ filiam asserit: & omnino falsa est Genea-
logia, quam in Pandectis numero 54. exhibuit. Lazari filius, qui liberis nullis
superstitibus, obiit anno 1421. Stephanus est: cui successit Georgius Brancoui-
kius Lazari nepos ex Mara, quam Maro Ducas appellat. Quod vero dicit noster
Georgium fuisse Lazari generum, non autem nepotem, perperam scriptum; &
certe scribere debuit, υἱὸς Βουλκίου τῆς γαμβροῦ τῆς Λαζάρου. Si enim Stephanus De-
spota, superstitite ex sorore sua Maro, seu Mara, nepote, qui ei successit, obiit:
alius esse non potest præter Georgium, a quo noui iuris repertor Morates Ser-
uiam repetebat; quia sine liberis Stephanus eius auunculus obierat. Morates
Mahometis F. Baiazitis N. Milieum auiam non habuit: ex ea enim liberos sus-
cepisse Baiazitem nullus author tradidit.

Pag. 115. A

Καὶ δίδωσιν αὐτῷ πλὴν αὐτῆς θυγατέρας εἰς γάμον] Maurus Orbinus in regno Slauo-
rum notat Moratem in Georgium Seruicæ Despotam post Stephani, qui Lazaro
natus erat, obitum mouisse, & loca aliquot occupasse: quem vt placaret Geor-
gius, tributarium ac vectigalem Moratis se profiteretur. Verum cum Morates
Georgium promissis haud stare cerneret, bellum rursus anno 1435. ei intulit.
Legatum vero Georgius ad eum mittit, per quem se vectigal soluere paratum, &
ad iussa capeſſenda promptum fore pollicetur. Morates ergo per Saraziam
Bassam non solum vectigal, sed & Mariam Georgij filiam vxorem sibi dari po-
ſtulat. Vt tributum soluere paratus erat Georgius; ita nuptias illas auersabatur.
Victus tamen Ierinæ siue Irenes vxoris suæ precibus, quæ hoc matrimonio Ser-
uiis placatum Moratem sperabat, filiam suam Chalili Bassæ ad Moratem addu-
cendam tradit. De Seruicæ parte dotis nomine a Georgio concessa nullum ver-
bum facit Orbinus. Ibidemque refellit Reinerium Reineccium & alios, qui

dixerunt Mariam illam Georgij filiam Semendriæ seu Smedroui deditioe in Turcorum manus deuenisse, Morati deinde matrimonio iunctam. in qua etiam opinione deprehenditur Bonfinius Rerum Hungaricarum Decad. 3. lib. 4. Mariamque captam fuisse scribit. De Smedrouo, Morate concedente, ædificato Leunclaius & Laonicus nihil tradunt: qui de nuptiis illis mentionem faciunt hic lib. 5. ille 14.

Ο δὲ Μωρατὶ ἤδη θέρους] De hac expeditione Moratis, Draculio duce, ad eundem Leunclaius lib. 14. quo loco Direcolam hunc vocat. Zipinium vero Cibinium est seu Hermentadium Transsylvaniæ, quam Ardeliam appellat Laonicus, vrbs inter præcipuas. Ibid. B

Ἦν γὰρ ἔχων καὶ ἑτέραν] Hic locus, & qui infra cap. 33. probant Moratem ex ista Maria Mehemetem non suscepisse, quod aliqui, inter quos Reinerius Reineccius, ab Orbino confutati scripserunt. Pag. 116. A

Ἐαυτοῦ δὲ θύχου δούλου] Post obitum Sigismundi Imperatoris, qui incidit in annum 1437. vt notant Thwroczius & Bonfinius, bellum Georgio Seruiæ Despotæ Turci anno 1438. intulerunt, dum Albertus Auftriacus Sigismundi gener & successor bello Polonico distinebatur. Impar viribus Georgius Sauum transfretus ac Danubium, cum nobiles & sacerdotibus, & filiorum vno Lazaro, in Hungariam, in qua oppida possidebat, abiit. Synderouiam, quæ Smedrouum, Sancti Andreae castrum appellatum, tuebatur filiorum Georgij vnus. Synderouiam fame expugnatam Turci deditioe accipiunt. Gregorius Stephani frater capitur & excæcatur. hæc Bonfinius Dec. 3. l. 4. Laonicus lib. 5. Smedroui obfessæ ac deditæ meminit. Ibid. B

Ἦν γὰρ ἡ σιτοθήκη τῆς κείνου κέρη] Notauit Maurus Orbinus Synderouiam fame expugnatam fuisse; cum Irene Georgii vxor auara mulier omne frumentum, vt pecuniam corraderet, distraxisset. quo simili errore muliebri & impotenti auaritia, aliæ vrbes in hostium potestatem concesserunt. Ibid. D

Καὶ κατὰ τὴν Πελοποννήσου ἐστράτευσεν] Bonfinius D. 3. l. 5. [eo fere anno quo Albertus obiit, Amurathes Mysiam occupauit; Albam Græcam obsedit, & frustra expugnare tentat.] ad annum Hegiræ 843. [Christi 1439.] ea referunt Turci. Laonicus lib. 5. de illa Belogradi obsidione mentionem facit. Belogradum, multis nominibus appellatur, Alba Græca, Alba Bulgarica, Nandor Alba. Pag. 117. C

Περὶ ὀλίγου δὲ ἀγένης αὐτῶ] Ducas Sigismundum, quem Hungariæ Cralem appellat, Albam Græcam a Georgio, tuendæ illius causa aduersus Turcos, petiisse scribit. At Hungaricarum rerum Scriptores aliter narrant. Thwroczius Georgium Sigismundo cessisse Nandor-Albam: & cum eo permutasse anno 1425. scribit. Bonfinius Decadis 3. lib. 3. Sigismundo cessisse Albam Græcam Georgium scribit. *Frequentauit quoque illius aulam Georgius, superioris Mysiæ princeps, quem Despotam nominant. Hic Sigismundi beneficentia victus, Albam Græcam, ibi ad Danubij ac Savi confluenta sitam, ubi Taurinium olim fuerat, in perpetuæ fidelitatis pignus, veluti tuti obsidis loco, Imperatori sponte dono dedit: quod quidem in Mysia, & ea, quæ ad Turcos nunc spectat, Hungaria, vnicum est propugnaculum. Contra ille, ne bene merendo cederet, hæc illi castella in regno rependit, Zalon, Kemem, Bekiem, Kelpem, Vilagosuarum, Tochaium, Monkachum, Thaaliam, Rhegesum. Oppida vero, Zathmar, Bezermem, Debreczem, Thur, Varsan, & pleraque alia: Buda autem magnificas ades, quæ regia loco haberi possunt. Sunt tamen alij Authores, qui hanc permutationem factam ab Alberto Auftriaco Hungariæ rege dicant.* Ibid. C

Βοτάνης σιδρασία] Βοτάνη appellat Græci moderni puluerem tormentarium seu pyrium. Hoc loco Τεάνης per, T, scribitur in Cod. MS. Sed in dictionariis Græcobarbaris θάφι, sulphur. Verba porro illa, ὀσμὴν οὖν ἀσπίδος ἢ τῆς αὐτῆς Pag. 118. A

ἡρεσ πυρὸς, εἰ πλησιάζειν, reddidi vt in textu leguntur. & pro ἀσπίθω, ἀσφαλτον voluisse dicere probabile est, cum ἀσπίθος Græcobarbara vox, idem significet ac ἀσπιδίη. deinde quis odor scintillæ illius pulueris accensi, nisi sulphureus, cui bituminis odor proximus est.

AD CAPVT XXXI.

POST multas rixas, contentiones, atque discidia, quæ pacem ac concordiam Ecclesiarum conuulserunt, sub Photio Constantinop. Patriarcha, qui Ignatio eiecto sedem inuasit, schisma secutum est: quod instar vlceris carcinomatici serpsit: nec postea sanari potuit, quamuis Christianæ pacis studiosi medicamina & vnguenta ei adhibere conati sint. Sub Constantino demum Monomacho, Patriarcha Constantinopolitanus factus Michael Cerularius, odio capitali Ecclesiam Romanam eiusque Præsules persecutus est: illiusque malis artibus discordia inualuit. Alexio Patriarchæ successit Cerularius anno mundi 6551. [Christi 1043.] Martij 25. vt scripsere Georgius Cedrenus, & Ioh. Curopalates Scylitza. Quæ in Ecclesiam Romanam molitus sit ille Michael: quantumque fuerit Leonis IX. pacis ac concordiaæ studium in huius contra Acridanum actis, & apud Baronium videre licet anno 1053. Quod vt magis confirmemus, maleuolumque Cerularij animum ostendamus: Græci, anonymi quidem, testimonium adducemus, quod extat in Bibliothecæ Regiæ MS. *Σημείωσις ὅτι ἔπι τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τῆς Μονομάχου, ἀναβῆεις εἰς τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως Μιχαὴλ ὁ Κηρυθάειος, ἄμα τῷ χρονονηδεύει, τὸν Πάπα Ρώμης ἔξέβαλε τῆν διπύχων, ὃ τῆν ἀζύμων ζήτημα ἐπένεγκων αὐτῷ τῆς ἐκβολῆς αἴτιον. καὶ πλὴν τῆς ἀγίου πνεύματος ἐν τῷ συμβόλῳ παρεθήκω, ὡς φασί. σιωπήρησεν αὐτῷ ὁ Πέτρος Ἀντιοχείας ὁ πατριάρχης, καὶ Λέων ὁ Βουλγαρίας. ἡ δὲ ἡ βασιλῆα τῆς ῥηθέντος τῆς Μονομάχου καὶ πλὴν χρονικῶ τῆς Συκλίτῃ περιλήψιν ἐν ἔτει 5793. εἰσὶν οὖν ἐν τῷ πρῶντι 5793 ἔτει (ἐν ᾧ καὶ ἡ ἀλωσις τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὡς τῆν ἀθέων Τούρκων γένηε, Μάγ καθ' ἡμέρα τελεῖται) ἔτη υδ'. ἀφ' οὗτωρ ἐλήθετο ὃ κρίσμα τῆν ἐκκλησιαστικῆν Ρωμῶν καὶ Φεστικῶν τελείως. ὃ ἂν αὐτὸς Μιχαὴλ ὁ Κηρυθάειος ἔπι πλέον ἀνήγαγε ὃ κρίσμα, καὶ πλὴν φλόγα ἔξεκαυσεν αὐτῷ. καὶ ἀφ' οὗτωρ πῖνα κοσμικὰ παράγματα, ἀφ' ἔφθασε ἀγακκῆσας ὁ Ἰταλὸς Ἀργυρος: ἔπι πλέον δὲ ἀφ' ὃ ἐτελεῖν τὸν πατριάρχην ἐκείνον, καὶ ποῖς μετ' αὐτὸν, εἰ μὴ ἀνεγκλήτους καὶ ἀκρίτους ὡς τῆς Ρώμης. ἀντιπερὶσῆσσι δὲ εἰς ἑαυτοῖς, καὶ καὶ τῆν λοιπῶν πατριάρχων θρόνων κράτος. καὶ εἰ τὸν Κωνσταντινουπόλεως καὶ πρῶτων, ὅτωρ ἡ ὡς πρῶτον ὁ Ρώμης τῆν πρῶτων ἔξάρχων. Imperante Constantino Monomacho in sedem Patriarchalem collocatus est Michael Cerularius: qui statim ubi creatus fuit, Papam Romæ e sacris diptychis abrasit: ei obiciens quod pane azymo Eucharistiam conficeret, & symbolo additam Spiritus sancti à Filio processionem. Hoc in negotio adiutores ipsi fuere Petrus Antiochiæ Patriarcha & Leo Bulgaria Archiepiscopus. Regnabat porro Monomachus ille iuxta Scylizæ Chronicon anno 6557. [Christi 1049.] Inde ad annum 6961. (quo Constantinopolis ab atheis Turcis capta est Maij 29. feria 3.) anni 404. elapsi sunt, quibus schisma inter Romaos seu Græcos, & Francos seu occidentales perseveravit. Michael ipse Cerularius schismatis malum auxcit, & in maius discordia incendium prorumpere fecit. Italus quoque quidam nomine Argyrus, rebus quibusdam secularibus admixtis, vulnus illud exasperavit. Maxime vero ac præcipue Patriarcha libido: qui se suosque successores Romana sedis iurisdictioni subtrahere voluit; nec ad Papam amplius prouocari, nec ab eo iudicari. Propositum insuper illius erat, in aliorum Patriarcharum thronos authoritatem & iurisdictionem in se trahere: quamque antea Papa Romæ in ceteros habuerat, potestatem ad Constantinopolitanum Patriarcham transferre. Hoc schisma ad Michaelis I. Palæologi tempora perseveravit: qui anno 1274. in Concilio Lugdunensi illud reconciliare,*

conciliare, discordias inter Græcos & Latinos componere per Legatos laboravit: & Græcam Ecclesiam in communionem a Romana recipi effecit. Verum vnionis decreto Græci plerique contradixerunt: frustra que fuit Michaelis Imperatorem vnionem amplexum esse: Iohannemque Becum Patriarcham, qui dum priuatus vixerat, eam auersatus fuerat, tandem approbasse. Andronicus enim Michaelis filius, & Georgius Cyprius Patriarcha illam improbarunt, & condemnarunt. Andronicus etiam patrem suum Michaelis defunctum sepulturæ pompa ac consuetis honoribus priuauit: quod cum Latinis sensisset. Iohannes deinde Cantacuzenus, cum res eius ad angustias redactæ essent, illam Ecclesiarum vnitatem meditatus est, & Græcam Ecclesiam cum Romana in gratiam redire cupiebat, vt summum Pont. Latinosq; in suas partes aduersus Annam & Senatuum C. Politanum traheret. quod ipse in historia, quam scripsit, testatur. Verum quem ex ea vnione fructum sperare poterat, in tanta Græcorum ab Ecclesia Romana dissensione: quam maximam fuisse, & sæuissime in Latinos acerbissimo odio Orientales ex ipso Cantacuzeno constat. Ille enim de Apocauci perditissimi viri malis artibus differendo, tradit istum ad summum Pont. Imperatricis Annæ nomine, eaque infamia scripsisse: quibus Anna Orientalem Ecclesiam Romanæ restituebat, & Papæ iurisdictioni subiiciebat. Rem serio agi verasque esse litteras persuasus Pontifex ad Annam rescribit: de tam sancto proposito eam laudat, hortaturque vt in eo perseueret. Pontificis litteræ Apocauco redditæ sunt, quas apud se occultabat, aduersus Annam in medium illas adducturus, si eam abhorrere a coniugio Iohannis Imperatoris & filiæ suæ sensisset. in publicum siquidem Pontificis litteris editis, Clerum Constantinopolitanum plebemque in Annam concitaturum se sciebat: illique Ecclesiarum vnioni Græcos prorsus aduersari nouerat. Manuele porro Palæologo imperante, cum Græcorum res a Turcis attritæ fuissent, nec Imperium nisi precarium, vt ita dicam, Turcis vectigales facti, obriherent: vltima necessitate cogente, opem rebus afflictis suis implorantes, ad Latinos confugiunt: vtque facilius impetrent, spem ad Ecclesiæ communionem redeundi Latinis faciunt. & circa annum Christi 1417. a Manuele missus in Italiam Eudæmon Iohannes, Constantinopolitanam Ecclesiam, totumque Orientem Ecclesiæ Romanæ redditurus erat. & cum illius anni die 11. Nouemb. summus Pontifex electus fuisset Martinus V. cum eo de Ecclesiarum conciliatione agit: Imperatoris & Patriarchæ affectum, quo promouere tam ingens bonum student, exponit. Martinus Papa Eudæmonem Iohannem benigne amplexus est, indulgentiasque concessit illis, qui militatum irent ad Hexamilium propugnandum. Litteras etiam ad Imperatorem & Patriarcham scribit, quibus significat, quanta animi cupiditate Ecclesiarum vnionem optet. Postquam vero Manuel obiit, Iohannes eius successor Legatos ad Papam de reconcilianda concordia semel atque iterum mittit. Secundam Legationem, cuius meminit Phranzes l. 2. c. 9. obierunt circa annum 1430. Marcus Iagaris magnus Stratopedarcha, Curunus Manganorum Præsul, & Demetrius Angelus Clidas, qui Imperatori a secretis erat. Actum deinde de concilio indicendo, vt in eo transigerent, decernerentque Ecclesiæ vnionem. Concilium per id tempus Basileæ habebatur, ad quod Orientalem Ecclesiam Patres inuitabant: sed Græci summi Pont. partibus adhærent, & in Italiam veniunt, cumque Latinis Concilium Ferrariæ, Florentiæ demum celebrant: quod, qualem exitum habuerit, ex hac historia Ducæ colligere licet.

Οἱ δὲ ἀρχιεπίσκοποι] Archipræsules a Patriarcha electi eum comitati sunt, Pag. 118. D
& Synodo interfuerunt, Ephesi, Trapezuntis, Heracleæ, Cyzici, Sardinum, Nicomediæ, Nicææ, Tornoui, Monembasiæ, Lacædemonis, Amasiæ, Mitylenes, Staurupoleos, Moldauiæ, Rhodi, Melenici, Dramæ, Ganni, Driftræ & Anchiali: omnes numero viginti. Venit ad Concilium

& Ruffiæ Archipræful cum Epifcopo. Ex Archontibus etiam Ecclefiæ adfuerunt, Magnus Sacellarius, Magnus *σεβουφύλαξ*, feu vaforum custos; Magnus Cartophylax, Magnus Ecclefiæ Præfectus, Proteclicus, Nomophylax, & alij officiales omnes fere excepto Hieromnemone, qui tunc morbo decubuit. Præfules vero Monafteriorum fuerunt, Greg. Pantocratoris Præful, Malei Præful, S. Basilij Præful. Ex Hieromonachis Pachomius, Moyfes Lauræ Monafterij, Dorotheus Bato-pædij Monafterij Monachi. Alexandrini Patriarchæ vicarius fit Heracleensis Archiepifcopus. Antiochiæ Patriarchæ vices obeunt Greg. Pneumaticus, & Ruffiæ Archiepifcopus. Hierofolymitani tandem Ephesi & Sardium Archiepifcopi.

Pag. 119. A

Καὶ τρεῖς πέντηες ὁ Πάπας] Illæ triremes Venetæ circa finem Septemb. anno 1437. quibus Præfectus erat Antonius Condolmerius Eugenij Papæ nepos, Constantinopolim appulfæ sunt, terræque motus ipfo die factus, adnotatur.

Ibidem

Ἀπὸ τῆς Κωνσταντινου εἰς Βενετίας] Constantinopoli foluerunt Nouemb. 24. anno 1437. quo die Constantinopoli terræmotus accidit. Phranzes cap. 14. lib. 2. ait Imperatorem adueniffe Venetias Februarij 8. anno 6946. [Christi 1438.] Qui rum etiam cum Imperatore & Patriarcha aderant, tradunt Venetias adueniffe Sabbatho *τῆ ἀσώτου*, id est, Sabbatho pridie Dominicæ, qua orientalis Ecclesia Euangelium prodigi filij, quod habetur Lucæ c. 15. in Liturgia recitat. experientum est num conueniat Phranzes cum his. Anno illo 1438. Cyclus Lunæ fuit 14. Solis 19. littera Dom. E. Ergo Pascha fuit Aprilis die 13. a quo si retro numeremus Dominicas 9. perueniemus ad Februarij diem 9. Dominicam *τῆ ἀσώτου*, feu filij prodigi. pridie ergo fuit Sabbathum Februarij dies 8. Dominica illa *ἀσώτου* nobis Latinis Septuagesima dicitur. ab illa Dominica ad fequentem, quæ *τῆς ἁγιοπρέας* appellatur, carnibus egregie vescuntur Græci. Conuenit etiam notatio diei 8. Martij anni illius, qui fuit *σαββατον δούτερον τῆς νηστίας*, quo die Patriarcha Iosephus Papam salutauit osculo pacis in Domino, vt refert Phranzes cap. 16. lib. 2. & qui Concilio interfuerunt Græci idem tradunt, adduntque Patriarcham noluisse iuxta occidentalium consuetudinem Papam salutare.

Ibidem

Ἐκδοχὴν οὖν ἀβίς] Quodnam templum Veneti Græcis ad liturgiam celebrandâ tunc concesserint nescio, nisi forte S. Georgij, in quo Venetias reuerfi pro defuncto Patriarcha liturgiam celebrarunt. Notant qui adfuerunt Græci, a Venetiarum Duce rogatum Imperatorem a Concilio Venetias reuersum, vt Græcos in D. Marci templo liturgiam celebrare iuberet; quod factum. Ad celebrandum Protosyncelus, quos Latinis norat maxime aduersari, elegit: & præfente Venetiarum Duce Patricijsque, sacra liturgia, iis probantibus cærimoniafq; laudantibus, peracta est. Excusant hanc celebrationem in Latinorum templo peractam, dicuntq; in proprio Antimensio celebrasse: vasis suis vsos esse, omnemque ordinem & cærimonias Ecclefiæ suæ seruasse. Nec omittendum est Heracleæ Archiepifcopum cum Lacædemoniensi celebrare noluisse, eo quod irregularis ipfi factus videretur: quod ad ordinem sacerdotalem quendam homicidam promouisset.

Ibid. D

Ὁ δὲ κερπὸς τῆ ὄρου] Illa de additione, seu potius explicatione, symbolo facta, contentio exorta est circa tempora Leonis Papæ IV. qui anno 847. adsumptus est, anno vero 855. obiit.

Ibidem

Πάντες οὖν ἑποχράδουτες] Iulij die 5. Dominica anno 1439. Græci decreto subfignarunt, excepto Ephesino Marco. Papa deinde subfignatione sua confirmauit & probauit: rem porro infectam esse dixit, cum Ephesinum non subscripsisse intellexit. Postridie Iulij 6. fer. 2. liturgia celebrata est. Cantores Papæ & Musici cecinerunt: deinde Græci *τῆ μεγάλῃ δόξολογίᾳ*. Decretum in ea lectum. Philantropinus mantile, quo manus absterfit Papa, porrexit. & celebrata illa Missa, vnio perfecta est. Petiit deinde a Papa Imperator, vt eo præfente Græci quoque Liturgiam celebrarent: quod obtinere nequiuit.

Μία δὲ θεολογία καὶ αἰτία] Græci Theologi aliquando vtuntur hoc verbo αἰτία in explicando SS. Trinitatis mysterio: sed eo sensu intelligunt, vt filius genitus a patre generante, vt principiatum a principio, non vero tanquam effectus a causa differat, vt ὁμοιωτοῦ ratio integra seruetur.

Καὶ ὁ Πατριάρχης μὲν πρὸ ἐνωσιν] Qui Concilio adfuerunt, aliter tradidere: Patriarcham scilicet Iunij die 10. Indiēt. II. Patriarchatus anno 24. ineunte & ante dies 20. cœpto, dum cœnaret obiisse. Decreto vero non subsignauerunt Græci, nisi Iulij sequentis die 5. Pag. 120. B

Καὶ ἀπὸ Βοιωτίας εἰς Κωνσταντινούπολιν] Constantinopolim redierunt Græci anno 1440. Februarij die 1. Indiēt. III. feria 2. τῆς τετραγώνου: fuit enim hoc anno Pascha Martij die 27. Cyclo Lunæ 16. Solis 21. Litteris C, B. vnde Dominica ἑ' ἀσάπτου, seu Septuagesimæ concurrat cum Ianuarij die 24. & Dominica τῆς ἀποκρίων cum 31. Ianuarij: ita vt Februarij dies prima fuerit feria secunda τῆς τετραγώνου Septimanæ, qua Græci caesis ad Dominicam sequentem vesci possunt. Ibid. C

Ὁ δὲ βασιλεὺς πέμπει πρέσβεις πρὸς τὸν Μωράτ] Phranzes lib. 2. cap. 13. notat Amiram Moratem, ad quem Andronicus Iagrus, seu Iagris missus est, voluisse ab illa profectioe Imperatorem auertere. Alij dicunt Iohannem imperatorem ad Moratem misisse Paulum Asanem, vt de profectioe sua cum certioem faceret. Moratem discessum Imperatoris in Italiam dissuasisse, veritum ne quod fœdus cum Latinis contra Turcos iniret. Veziros etiam Asani dixisse tradunt Sultani amicitiam, quam Latinorum vtiliorem Imperatori fore. Ibid. C

Ὁ Ηρακλείας Αντώνιος] Hic Antonius Heracleensis Metropolita, postquam Constantinopolim Græci reuersi de eligendo Patriarcha egerunt, vel inuitus electioni adfuit, non vt suffragium ferret, negauit enim id laturum: sed vt coram vniuerso clero, peccatum, quod admiserat subscribendo decreto Florentino, confiteretur ac execraretur; seque dignum, cui manus, qua subscripserat, præscinderetur, quibusdam familiariter secum versantibus se fassus est. Pag. 121. A

Τινὲς τῶν θεολογῶν ἐν τῷ ἑσπερίῳ] Qui ex Clero Constantinopolitano Concilio Florentino adfuerunt, negant, quando decreto subsignatum est, Græcos σιτηρήσιον, id est, cibaria & pecunias petiisse: aut Latinos promississe: quod Græcis tamen in patriam reuersis obiectum est, ipsosque auro suffragia sua vendidisse. Iidem equidem fatentur pecuniam accepisse aliquos: plures tamen eorum decreto non subsignauisse. De illo Florentino Concilio adeundus Laonicus lib. 6. Phranzes lib. 2. cap. 13. & seqq. vsque ad 17. Ibid. A

AD CAPVT XXXII.

Ὁ δὲ πατριάρχης δεσποτῆς Γεόργιος] Hoc cap. Ducas in rebus Hungaricis parum peritum se prodit: cum eo tempore Hungariam a Regina gubernatam & Ianco scribit. Sic autem se res habet: Albertus Austriacus Sigismundi gener, cum focero defuncto successisset in Hungariæ regno, biennio fere regnauit; obiitq; anno 1439. Octob. die 27. Elizabetha coniuge prægnante relicta. quæ an. 1440. Februarij die 22. Ladislaum posthumum peperit. Nuptias quoque Ladislai Poloni, Regis Poloniae Casimiris fratris, aspernata, anno eodem in festo Pentecostes filium suum infantulum Hungariæ Regem coronari curat. Seditiosi interea aliquot Hungariæ proceres Ladislaum Polonum regem eligunt, & in Hungariam euocant. Aduentantem Polonum cum Elizabetha sensisset, in Austriam, filio secum abducto, & Hungariæ corona clam subrepta ac asportata, ad Fridericum III. Imperat. aufugit. Ladislaus Polonus die 17. Iulij Hungariæ Rex coro-

natur : eique corona , qua S. Stephani Regis reliquæ coronatæ erant , impo-
nitur : quod aliam Regina suffurata esset , secumque abstulisset. Polonus Hun-
gariam vsque ad cladem Varnensem rexit. eoque interfecto , Ladislaus post-
humus , cuius mater Elizabetha regina anno 1441. obierat , Hungariæ rex ite-
rum anno 1445. proclamatur : simulque Iohannes Hunniades Coruinus Inter-
rex & regni gubernator eligitur , eique Reipub. Hungariæ summa traditur ;
quam ad annum vsque 1453. cum Ladislaus posthumus ex Austria in Hunga-
riam reuersus est , rexit. Georgius Seruiæ Despota , post Sigismundi obitum
& Smedrouum a Morate occupatum , tota Seruia spoliatus cum filio suo
Lazaro Antibarium , vulgo *Antinari* , se recepit. Eum Morates ab huius vrbs
incolis repetit , & Ragufium aufugere cogit. Cumque Ragufæos Morates , vt
Georgium sibi dederent , sollicitaret , molestiam & incommodum Ragufæis
creare Despota veritus , in Hungariam ad Regem Wladislaum siue Ladislaum
Polonum confugit ; eumque rogat , vt sibi contra Turcos opem ferat. Ladislaus
Georgij ærumnis ac calamitate motus , simul vt Turcorum audaciam retunde-
ret , in Turcos mouere destinat , bellumque ad annum 1443. protractum est.
Veritus Morates illius belli exitum , inducias decennales cum Ladislao & De-
spota pepigit : huicque ditiones suas ipsamque Semendriam restituit. Vix com-
positis induciis ad arma reditum est : Iulianoque Cardinale Cæsarino authore
atque impulsore , Ladislaus inducias & iusiurandum violat , fœdera que confun-
dit. Denuo itaque conscripto exercitu Ladislaus anno 1444. Morati bellum in-
fert. Pœnas vero repetente Nemese a fœderum corruptoribus , iuris que iurandi
contemptoribus , ad Varnam , Tiberiopolim olim appellatam , ad pontum Eu-
xinum sitam , prælium committitur : in quo Ladislaus & Iulianus Cardinalis oc-
cubuerunt : magna que clade Christiana Respub. afflicta est. Bonfinius D. 3. libb.
4. 5. & 6. Thwroczius in Chronicis Hungaricis. Gerardus de Roo Histor. Au-
striacæ lib. 5. & Maurus Orbinus in Slauorum regno.

- Pag. 122. A. Τῆς καλοῦ μέρους [φίλας] Vrbs Seruiæ Sophia.
Ibidem Ἰζλατι] Hunc locum angustias saltus Ikladini Leunclaius appellat.
Ibid. C Καὶ μὲν ἐν Οὐζελία ῥηθῆναι] Fieri nequit istud , vt ex superioribus liquet. au-
fugerat anno 1440. Regina , & in Austriam transierat , anno sequenti 1441. res
humanas reliquit : quare gestis anno 1443. interesse non potuit.
Ibidem Ἦν γὰρ πρῶτος πρῶτος ὁ Ἰάσος] Verum est Iancum seu Iohannem Hunniadem
præfectum generalem Hungariæ militiæ fuisse.
Ibid. D Ὁ δὲ ὑποτιρητής τ. κ. 8. ὡς ὁ ῥηθῆναι τῶν Σαξων] Hoc falsum. Ladislaus enim Po-
lonus Rex fuit Hungariæ , eamque regio nomine , non tutorio aut vicario re-
xit : nec vnquam Saxonum , qui hoc loco pro Polonia Duca sumuntur , Rex
fuit : sed Casimiri Poloniæ Regis frater. Videndus Leuncl. lib. 14. de istis moti-
bus bellicis , & pace cum Hungaris Turcisque inita.
Ibidem Ὁ δὲ Ἰάσος οὐκ ὠμοσε λέγων] Cum istis non bene conueniunt , quæ huius capitis
initio dixit Ducas : omnia scilicet in Hungaria per Reginam & Hunniadem
gesta fuisse & gubernata : hic vero per Proregem & Regis adolescentis tutorem.
Quamuis vero Ducas res Hungariæ , personarumque principum statum igno-
raret , res inter Turcos & Hungaros gestas optime persecutus est. De istis bellis
adeundi Laonicus libb. 6. & 7. Leunclaius lib. 14. & Phranzes lib. 2. cap. 18.
Ibidem Αὐτὸς καὶ τῆς Καλοῦ μέρους] Laonicus lib. 6. & Leuncl. lib. 14. huius quoque belli ,
post motus Hungaricos Seruiosque compositos , historiam narrant.
Pag. 123. B Λαγονίδα] Vrbs Lycaoniæ sub Iconij throno.
Ibid. C Χιζωνος δὲ Σέρξαντος] Leunclaius Aladinis mortem ex historiis Turcicis an-
no 846. & ex Annalibus anno 847. contigisse statuit : ante bellum a Iohanne
Hunniade & Georgio Despota Turcis illatum. Ducas vero post bellum illud

confectum, pacemque cum Hungaris & Seruiis compositam tradit.

Καὶ δὲ Αἰγείου πελάγους] Leunclaiiusidem notat lib. 14. & in Annalibus Tur- Ibid. D
cicis classem Italorum fuisse dicit.

Κροτιῶντες Βύβλας] Forte hic intelligenda vrbs in Odrysis, quæ Βούκελος appel- Pag. 124. A
latur, sub Metropoli Adriana poleos Æmi montis. Bilgiur Turcis appellatur,
vt ex vocabulorum elementis probabile fit.

Ὁ δὲ Ἰάγης ἐκάλυεν] Idem Phranzes lib. 2. cap. 18. tradit. Laonicus lib. 7. Ibid. B
Wladislaum, vt castra Moratis aggrediretur a quibusdam impulsus, qui Hun-
niadi inuidebant, scribit.

Ὁ δὲ Χαλίλ] Leunclaiius lib. 14. & Laonicus lib. 8. quibus artibus Chalil Mo- Ibid. C
ratem in regium solium reduxerit, exponunt. Id factum adnotant Annales
Turcici anno Hegiræ 850. [id est, Christi 1446.] expeditionemque Moratis in
Moream eodem anno. Sed ita intelligendum est; Anno 849. [Christi 1445.] Mo-
ratem in thronum Imperatorium reductum; in Peloponesum sub finem anni
1445. at Hegiræ 849. venisse, & anno 1446. Hegiræ 850. Hadrianopolim rediisse.
Tam Annales Turcici quam Historia Hungarica adnotant Moratis in Mo-
ream expeditionem plusquam biennio anteuerrere Hunniadis cum Morate in
campo Cosouo prælium: quod equidem verum est. Expeditio siquidem in Mo-
ream contigit circa finem anni 1445. & initium 1446. pugna in campo Cosouo
anno 1448. Phranzes tamen & Chronicum breue, quod hic dedimus, ad annum
6955. mensemque Decembrem, [id est, Christi 1446.] referunt. Ducas forte huius
quoque pugnae mentionem statim subiicit illis, quæ de Varnensi narravit:
quod ad res Hungaricas & Seruiorum pertineant.

Πρὸς τὸ Νήσιον] Nifis vrbs Seruiæ ad Ibarem fluuium. Ptolemæo in IX. Euro- Ibid. D
pæ Tabula habet Νέσον in superiore Mysia: in qua habetur etiam fluuius Cia-
brus, quem aliqui volunt esse Ibarem: verum in illa Ptolemæi tabula longissime
abest Ciabrus fluuius ab vrbe Neso. Laonicus lib. 7. Νήσιον vocat.

Ὁ δὲ Κωνσταντῖνος] Adeundus Laonicus lib. 7. vbi diffusius illam expeditionem Pag. 125. A
narrat, & cum nostro prorsus sentit. Phranzes lib. 2. cap. 19.

Παρεδίδοντο ὑπὸ τῶν Ἀλβανίων] Moreæ seu Peloponesi partem Albanos habi- Ibid. B
tasse testatur Phranzes lib. 3. cap. 21. qui ipsos vocat Peloponesios Albanitas.

Μέγλη Πατρῶν καὶ Γλαρέντζας] Patræ vrbs Achaia in Peloponeso Metropolis.
Clarenza vulgo *Chiarenza*, olim Cyllene, in Elide Peloponesi. aliis est Dyme.
Sita est in ora occidua Moreæ seu Peloponesi.

AD CAPVT XXXIII.

Ὁ δὲ Βασίλειος Ἰωάννης] Phranzes lib. 2. cap. vlt. Laonic. lib. 7. sub finem. Con- Ibid. D
stantinus Imperatoris Iohannis frater: Demetrio fratri natu maiori præ-
latus est. Metuebant enim Constantinopolitani, ne Constantinus repulsam
passus, Demetrio & vrbi bellum inferret: resque Græcorum reliquas perderet.

Ἰσατος βασιλεὺς] Iohannes vltimus Imperator appellatur, quia nunquam Con- Ibidem
stantinus eius successor coronatus est.

Βουληθῆς δὲ γάμοις ποιῆσαι] Leuncl. lib. 14. hanc mulierem Dulgadiris, qui est Ibid.
Turcatir, neptem & Suleimani filiam fuisse tradit, ex historia Haniualdana: no-
ster Ducas Turcatiris seu Dulgadiris filiam dicit, in quo cum Verantiana Hi-
storia consentit.

Ἐγνώ τὸν θάνατον τῆ πατρὸς αὐτοῦ] De Moratis morte & Mehemetis initiis Laoni- Ibid.
cus lib. 7. in calce, & 8. in capite adeundus. Leunclaiius etiam libb. 14. & 15. &
Phranzes lib. 3. cap. 2.

- Pag. 126. A *Θυγατέρα τῆ Τουρκατῆρ*] Huius Dulgadiris siue Turcatiris ditio, Anadole, sed vera pronuntiatione Aladeule, vt vult Leunclaius in Pand. Histor. Turcic. Cappadocia ad Boream & occasum terminatur: ad meridiem Syria & Carmania ei obiacent: ad Ortum Armenia minor. Leuncl. cap. 163. ad eundem.
- Pag. 128. A *Πλείστα νομίματα κενώσας*] Leunclaius in Annalibus Turcicis, Selimem II. in funere patris ingentem pecuniæ summam erogauisse scribit, & funebre epulum apparasse. In funere Baiazitis Iltrim seu Gilderunis epulum etiam instructum lib. 8. Hist. Musulm. in fine.
- Ibid. *Ο θάνατος οὖν τῆ Μωρατί*] De genere mortis Moratis, & eius indole, eadem, quæ Ducas, ex Turcorum historiis Leunclaius tradit.
- Ibid. C *Εδέβη πῶ νῆσον*] Illam sic explicat Leunclau. Insula vero Adrianopolitana vocatur, interiectum fluminibus duobus, Meritzæ Tunfæque, spatium: quod amcenos admodum hortos, campos & prata complectitur. Meritza, olim appellatus fuit Hebrus, Tunfa vero Tænarus.
- Ibid. D *Δυτέρα τῆ Φεβρουαρίου μηνός*] Vide notam in huius capituli fine, vbi de anno mortis Moratis pauca differimus.
- Pag. 129. A *Εκβαλὼν οὖν ὁ Φανεὶς τὸ σφενδόν*] Apud Oneirocriticos, annuli eiectio significat rerum amissionem. Artemidorus lib. 5. cap. 32. ἔδδξε τις τὸν δακτύλιον ὃ πῶτα κατεσημῆντο, ἐκβαλεῖν. εἶτα ζητῶν καταλαβεῖν τὸν ἐν αὐτῷ λίθον κατεσημῆνον εἰς πολλά, ὥστε ἀρχησον εἶ). διέπνυθεν αὐτῷ πῶτα τὰ τῶν πραγμάτων ἡμερῶν πέντε καὶ πενήτηκοντα. *Visus est sibi quis annulum suum, quo omnia obsignabat eiecisse: & postea quæsiisse, ac reperisse lapidem ei infixum, in multa fragmina comminutum, & ad obsignandum inutilem. dissipatæ ac disperditæ sunt cunctæ res illius quinquaginta quinque diebus.* Et iuxta Persas ac Ægyptios tradit Achmetes in Oneirocriticis cap. 260. annulum reges & regiam potestatem significare. τὸ δακτυλίδιον εἰς κύρωσιν βασιλείας κρίνεται. πολλάκις γὰρ καὶ οἱ βασιλεῖς ἐξ αὐτῶν κρίνονται, ὅτι ἀπὸ γέμματος. *Annulus ad regni confirmationem refertur. sapius enim reges, etsi absque corona, ex eo saepe intelliguntur.* & infra, καὶ ὅλου τὸ δακτυλίδιον πρὸς τοὺς ποιούτας ἔξουσιάζει ἢ βασιλεύειν οὕτω κρίνεται. τοὺς δὲ μὴ ποιούτας, ἄρα καὶ τέκνον μὲν γυναικὸς σημεῖον. *Generaliter annulus, eorum respectu, qui res gerunt & administrant, potentiam & regnum indicat. Priuatæ vero conditionis hominibus gaudium, liberos & uxorem prænuntiat.* σφενδὼν est proprie pala annuli, sed pro ipso annulo hic accipitur.
- Ibid. C *Εἶτα οὖρον παιδίου*] Leuncl. lib. 14. sub finem, hunc puerum Cutzug-Achmetem appellat, nec a fratre suo necatum tradit: imo ex Moratis II. liberis, solum Mehemetem superstitem fuisse. quod etiam disertis verbis scripsit Phranzes lib. 3. c. 2. At Laonicus hunc puerum, spiritu aqua ei intercluso, necatum fuisse docet. Hic ex Spendiaris, seu Isfendaris filia natus erat Leunclauio teste loco citato; & verba Ducæ, qui Mehemetem ancilla natum tradit, confutant Reineccium & Philippum Lonicerum: qui scripsere ortum ex Maria Georgij vxore filia; & religionis Christianæ dogmatibus ab ea imbutum. Quod si res ita se habuisset; credibile non est, illam Morate mortuo, ad patrem remissam fuisse.
- Ibid. D *Πρωτοσημείος*] Turcice *Capigi-bachi*.
- Τῷ Ισαάκ εἰς γάμον ἡρμόσασα*] Laonicus lib. 7. idem tradit de Spentiariis filia Isaaco-Bassæ nupta. & de Georgij Despotæ filia, ad ipsum remissa.
- Pag. 130. B *Ομοίως καὶ οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει*] Laonicus lib. 7. pacem a Græcis initam & fœdera sancita cum Mehemete tradit.
- Ibid. D *Τοῦ Ορχάν τῆ παρελευθέντος*] Hic Orchanes, secundum Turcos, Dufme seu supposititius fuit: Orchanis filius ferebatur, Suleimanis, qui Ducæ Musulmanus, nepos, & Baiazitis I. pronepos. De quo Orchane sic loquitur Leunclaius lib. 11. *Emir Suleiman rebus humanis excedens, Orchanem filium superstitem, cum*

filia quadam unica reliquit. ambo simul arrepta, Musa patris metu, fuga, Constantinopolim se receperunt. infra cap. 40. in vrbis expugnatione Orchanes, de quo hoc loco fit mentio, agnitus, occisus est.

Ρόδοι, &c. ἐλθόντες] Ex Iacobi Bosij Histor. Militiæ Hierosolymitanæ lib. 6. Pag. 131. A discimus magnum Rhodi Magistrum Fratrem Iohannem Lasticum, legatum ad Mehemetem destinasse Petrum Zinottum, qui pacem cum Mehemete, anno mundi 6959. Ind. xv. [Christi 1450.] Decemb. 25. Hegiræ vero 855. firmavit.

Hoc loco notabimus discordiam authorum in assignando anno Christi, quo obiit Sultanus Morates II. Hic Bosius & noster Ducas anno 1450. contigisse asserunt: verum refragantur Phranzes lib. 3. cap. 2. qui asserit mortuum anno mundi 6959. mense Februario, & Leunclavius lib. 14. & in Annalibus Turcicis, e vita migrasse refert anno 855. mense Meherem die Mercurij seu feria 4. totis 13. diebus mors illius occultata est: die vero 16. Meherem Adrianopolim accessit Mehemetes. Cœpit annus Hegiræ 855. Februarij die 3. feria 4. anno 1451. cum Cyclus Solis esset 4. littera C. Obiit Morates die Mercurij seu feria 4. Meherem seu Muharram mense: vsque ad filij aduentum, mors eius in occulto per dies 13. habita est, & die 16. Muharram Mehemetes Adrianopolim venit. Dies 16. fuit feria 5. seu dies Iouis, qui congruebat tunc cum die 18. Februarij. A quo si retrocedamus per 13. dies, proximam feriam 4. reperiemus Muharram diem 1. Februariique diem 3. vnde concludere possumus Moratem obiisse Februarij die 3. quæ fuit Neomenia Muharram: deincepsque eiusdem mensis die 16. seu 14. Muharram mortem Moratis vulgatam, simulque Sultani Mehemetis Callipolim aduentum: biduo post, nempe 16. Muharram, & Februarij 18. Mehemetem Imperatorem salutatam fuisse. In hocce Ducæ textu transcriptoris, non authoris errorem esse, vt credam, adducor: eo quod, quid quoque anno gesserit Mehemetes, diligenter persequitur. Ab anno itaque vrbis captæ 1453. si regrediendo annos computemus, per res a Mehemete gestas: anno 1452. illum occupatum in ædificando castro ad Bospori fauces videbimus: anno vero 1451. bellum Caramano intulisse, eodem nempe quo Morates ipsius pater fatis concessit. vnde dubitandum non est, quin error transcriptoris sit in textu, in quo legendum ἔτιθ' Φεβρουαρίου γ'. 6959. Feb. 23.

AD CAPVT XXXIV.

KΑΙ οὐδ' αὐτῷ ἐπιβέβηκε Οὐζγίας τῷ Ιαδῶ] Mehemetem pacem cum Tribalis seu Seruiis iniisse, statim ac fasces Imperij suscepit, testis est Laonicus. Ibid. B

Καθ' τὴν Καρμαδὴν ἐκστρατεύει] Hanc expeditionem, statim post patris obitum, suscepisse Mehemetem anno Hegiræ 855. [Christi 1451.] tradit Leunclavius, & Laonicus lib. 7. sub finem. Ibidem

Φεβύεια πεία] Videnda sunt capp. 29. & 32. supra. Ibid. C

Ἀσπαρῶν τριακοντίων χιλιάδων] Si pro singulis piastris Hispanicis, argentea aspra 120. tunc computabantur, accipiebant Græci annuam pensionem ad Orchanem alendum, piastrorum 2500. Hocce vero tempore 80. solummodo aspris piastrum mutant, edicto Imperatorio de re monetaria ante quinque circiter annos lato: dum Vezir-azemus erat Kara Mustapha Bassa: vir, quamuis ineruditissimus, vt qui nec legere, nec scribere sciebat, in rebus gerendis negotiisque expediendis solertissimus ac promptissimus. Pag. 132. A

Σιωπῆν μὲρ μελόκηρα] Apud Theophylactum Simocattam lib. 2. cap. 14. in oratione cuiusdam senis ad Comentioli exercitum, οὐ γὰρ καὶ δάσφ' παίδας ἡμᾶς μερμερ-λὺ ἦεται τοῖς σοφίσμασι. Ibid. D

- Pag. 134. B Ετος 651 που ἐκείνου] Bonfinius Hist. Hungar. Decad. 3. lib. 8. Constantinum questum esse de hoc nouo opere apud Sultanum Mehemetem, tradit. In annorum interuallo fallitur Ducas, Adrianopolis enim capta est anno 1360. vel 1362. Mehemetes vero anno 1452. castrum ædificabat. anni itaque tantum 90. vel 92. elapsi sunt.
- Pag. 135. B αὐτὸν ἰδὼν] Mehemetes *ἡγεμόνῳ* hic se profitetur, iusque habere in manibus & armis. Quæ ratio aliena inuadendi, vniuersum terrarum peruasit orbem: ita vt, qui viribus pollent, iure ac causa superiores esse se credant: quasi fortioribus ac validioribus, infirmi ac inualidi iure naturali parere teneantur. Leones cæteraque ferocia animalia, quæ rapto viuunt imitantur isti: quæ quidem solitarie vagantur, nec gregatim ambulant. Illi ergo homines, societatem cæteris renunciare, & se diuersæ, a vera genuinaque humanitate differentis speciei esse prædicare debent: vt & leones ab ouibus, vultures & aquilas a gruibus differre nouimus. Humana equidem natura ad societatem nata, secundum verum dictamen rationis, Imperium, non viribus, sed sapientiæ defert: quæ suum cuique tribuere, neminem lædere, alienaque non rapere docet.
- Ibid. C Καταφύγια] Nescio, num sit locus Bospori littori Asiatico adiacens, *Καταφύγιον* appellatus, & nomen illius mutatum fuerit.
Ο δὲ Μεχμετ ἤδη ἔαρος 255.] Phranzes Martij 26. castrum ædificari cœptum lib. 3. cap. 7. tradit.
- Ibid. D Πάσκεσεν] Laonicus lib. 8. hocce castrum appellat *λαμνοκρίαν*: sed iuxta vulgi errorem scripsit, istam arcem ædificatam esse *κτ' ἰνὸν Προποντίδα ἐν Βοσπόρῳ*. Differunt enim & appellatione & situ Propontidis & Bosporus Thracius. Leunclavius a Turcis *Kessen-hisari* appellatum fuisse monet. Gylius in Bospori Thracij descriptione arcem illam in promontorio Hermæo ædificatam fuisse. Sosthenium vero & Phonea Ponto Euxino viciniora sunt, & propterea Hermæo superiora: de quibus Gylius adeundus lib. 2. de Bosporo Thracio capp. 12. & 13. Ista porro appellatio *Basc-Kesen* recte reddita est a Duca *κεφαλοκρίτης*, *Basc* enim caput significat, *Kesmek* scindere, & participium *Kesen* scindens.
- Pag. 136. B Τοῦ ναοῦ τῆς Ἁξιαρχοῦ Μιχαήλ] Vocabatur templum illud *τῶν ἀσωμάτων*, id est, *Incorporeorum*: quoniam dicatum erat S. Michaeli Archangelo, Angelorum & militiae cælestis archistratego. Vocabatur etiam Michaelium: quo in loco Estiis ab antiquis appellato ædificatum fuerat. Sozomenus lib. 2. *Ἔπος δὲ ἐν Ἐστίας*, in quo *ὁ Μιχαήλιον*. Archangelus Michael ibi apparuit, multæque morborum miraculosæ curationes factæ sunt, vt tradunt Græci.
- Ibid. D Εκ τῆς Ἀδραμυττίου] Isphendiariis filius Sinopes Reguli Adramyttio, seu vt Ducas habet Adramyntio Epibatas venit: quod castrum non longe a Selymbria situm est. Adramyttium vrbs est Æolidis ad mare sita, quæ hodie *Landrimytti* appellatur: Quare probabile est hunc Isphendiariis filium, Moratis Sultani defuncti generum Adramyttij tunc degisse, non vero in Sinopenfi prouincia. Aliqua de causa voluit Morates generum suum apud se degere, & Adramyttij sedem habitationis habere. Non enim ad Epibatas accessisset, aut Adramyntio profectus esset, si ex mari Pontico ad castrum nouum profectus fuisset. Adramyttium porro vrbs sub Metropolitana Ephesio.
- Pag. 138. A Ἀλωνας] Hæc vox, locum seu aream in qua messis triturraretur, significat, at pro ipso frumento hic vsurpatur.
- Ibidem Φερόβζαζαν] Leunclauio Pherizes - begus appellatur. In Historia Hungarica Frige-begus.

AD CAPVT XXXV.

ΕΞΗΛΘΕΝ ἐκ τῆς πόλεως εἰς τεχνίτης] De illo artifice Leonardus Chienfis in Ibid. D
 enarratione captiuitatis Constantinopoleos. [Itaque artifex cui prouisio ne-
 gata fuit ex nostris, ad Teucros (Turcos dicere vult) reductus, quanto ingenio
 potuit, naues frangere studuit.] Laonicus de eodem lib. 8. τηλεβολιστῆς δὲ ἦν τῆς βασι-
 λέως, πύλομα Ορβανός, Δάξ ὁ γῆρος, καὶ παρέτερον πρὸς Ἕλλησι διατελέων, ἔτι τοῖς Ἕλλησι δῆλο-
 λιπῶν δέο μῦθος βίου, ἀφίκετο πρὸς τὴν ἑρῆς τῆς βασιλέως. *Sultani porro bombardarius*
erat Dacus quidam nomine Urbanus, qui inter Græcos primum habitauerat; victus vero
quotidiani inopia coactus, eos reliquit, & ad Sultani portam se contulit.

Πύλος ὁ ναύαρχος τῶνομα] Phranzes lib. 3. cap. 3. de isto Riccio mentionem fa- Pag. 139. C
 cit, & a Turcis interfectum fuisse insinuat his verbis. *Et ego 14. Septembris anni*
6960. Christi 1451. Constantinopolim incolumis reuerti, in naui optimi viri Antonij Ritzij,
qui postea propter Christi fidem martyrium pertulit.

Λαλά] Sultanus Vezirem suum hac voce compellans ei adblanditur, & anxie- Pag. 140. D
 tate metuque liberat.

Καλοῦρ ὄραγῆ] Beneuolus lector in textu pro *infidelium nutritius* leget *infidelium* Ibid. D
Sodalis; hoc enim Turcice significat *Ortachi*, Græce σὺν ἑσφός. nobis verbum pro
 alio in versione exciderat.

AD CAPVT XXXVI.

ΚΑΙ ὁ πατριάρχης Γρηγόριος] Hic Gregorius teste Phranze lib. 3. cap. 3. anno Pag. 141. D
 1451. mense Augusto ab vrbe instar exulis discesserat.

Ὁ Καδδωνάλιος δῶν] Inter eos, qui mercede conducti sunt a Cardinali Sabinen- Pag. 142. B
 si Isidoro, fuit Leonardus Chienfis Mitylenes Archiepiscopus, vt ipse testatur
 in *principio* narrationis de captiuitate Constantinopolitana.

Τὸ πλῆθον δῶν μέρος τῆς ἱερατικῆς] Idem testatur Leonardus Chienfis. Ibid. B

Ὡς ποτὲ καὶ τῆς Χοσροῦ] Heraclio imperante Hunnorum Auarum Rex Chaga- Pag. 143. B
 nus Constantinopolim adortus est, dum Chosroes in Asia imperij prouincias po-
 pulabatur, & Heraclium in Persarum propulsandis incurfionibus distineret. Post
 annos vero 36. imperante Constantino Pogonato Agareni Constantinopolim
 obsederunt. Tertio sub Leone Isaurio iidem Agareni urbem oppugnarunt. His-
 que angustiis pressæ vrbi ter Beatissima virgo Hodegetria opem tulit, vt Græci
 docent. Has ob causas, & tanti beneficij memores Constantinopoleos incolæ,
 sabbato quintæ septimanæ ieiuniorum, id est more nostro loquendi sabbato
 ante Dominicam Passionis, secundam Vigiliam Palatij celebrabant, quæ τῆς ἀκα-
 θιστου vocabatur. In qua hymnus ἀκαθιστος & ὁλονόκτος, a Clero & Laicis stantibus
 per totam noctem canebatur. ἀκαθιστος enim appellata est illa solemnitas, pro-
 pterea quod a stantibus non sedentibus indefinenter hymnus canebatur.

Ἐν μὲν Δεκεμβρίῳ] Leonard. Chienfis, *Verum quoniam nec ratio, nec authoritas,* Ibid. C
nec varia Scholarij, Isidori Neophytique opiniones aduersus Romanæ Ecclesiæ fidem stare
poterant, actum est industria & probitate præfati domini Cardinalis, vt sancta vnio as-
sentiente Imperatore Senatuque (si non ficta fuit) firmaretur celebrareturque secundo Idus
Decembris, Spiridionis Episcopi sancti die. qui Pridie Idus Decembris duodecimus est
mensis.

Αφετε, ἰδωμεν] Allegata quam proxime verba Leonardi (*si non ficta fuit*) con- Pag. 144. A
 firmat hic Ducas.

AD CAPVT XXXVII.

- Pag. 145. B **L** AONICVS l. 8. in principio consulendus qui apparatus istum describit, machinæq; aduectionem. Leonard. etiam Chienfis adeundus. & Phranz. l. 3. c. 8.
- Ibid. C Η δὲ Σελυμβρία] Capta Constantinopoli Selymbria deditionem fecit.
- Ibid. D Σκήπτρα] Hic pro turmis equitum tribus, vsurpatum σκήπτρα τεία, quæ sub totidem Bandis seu vexillis stipendia faciebant.
- Pag. 146. A Καῶν δριμύς] Canon hic pro pœnitentia, & pœna quæ pœnitenti indicitur.
- Ibid. B Φελώνης] Penulam interpretantur alij; sed genus vestis communis olim fuit. Pallium vertere nolui, siquidem sacerdotibus non conuenit, sed solis Archiep. quibus a Summo Pontif. confertur. a quo etiam olim Patriarchæ C. Polit. id acceperunt. Stola interpretari placuit, quæ omnibus Sacerdotibus conuenit, & propria est. Hodie apud Græcos non solum Patriarchæ, sed & Episc. pallium gerunt.
- Ibid. D Ἐν ᾧ ναῶ αὐτῆς] Vocabantur oratoria illa δὲ κτήρια. de quibus Canon 31. Synodi 6. in Trullo τοῖς ἐν τοῖς δὲ κτηρείοις οἰκίαις ἐνδὸν οἰκίας τῶν χλῆρουσι λειτουργηῶν κληρικῶν, ὑπὸ νόμῳ τοῦτο ἀφ᾽ ἑαυτῶν τῶν ἐν τῶν ἐπιτοκῶν οἰκίαις ὡς εἴς κληρικῶν μὴ τοῦτο οὕτως ἀφ᾽ ἑαυτῶν, καθαιρέτω. Clericos, qui in oratoriis intra domus priuata parietes constructis sacra faciunt, sacras Liturgias celebrare in illis ex Episcopi loci sententia & assensu decernimus. Quod si quis Clericus decreto nostro non paruerit, deponatur. Et Leo Philosophus nouella 4. de illis ita statuit: ὁ ἐξ ἑαυτῶν οὐ μόνον τοῖς ἐκείνης καθολικῆς ἱερῆς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἱερῆς ἐκείνης οἰκίας, ἀλλὰ ἐν ἑαυτῶν ἐν πάσαις ταῖς οἰκίαις ἱεραῖαι τε ἔμυστα γαρεῖν, οἷς δὲ ἀποκαλεῖται ἀερότο οἰκίας δεσποζῶν. Decernimus itaque non solum singularum Ecclesiarum Catholicarum (id est hoc loco parœcialium) sed etiam uniuscuiusque domus Sacerdotes, libere in omnibus domibus sacram Mystagogiam celebrare posse, quos singularum domuum dominis vocare visum fuerit. Nouella deinde sequente, in iis baptizare quoque permittit. adeundus Theodorus Balsamo.
- Pag. 147. A Εἰ γὰρ λάβοις] Quasi corporis dominici consecratione conficiendi potestatem, vnionem amplexus amississet. insaniisse Græcos, ac transuersos actos fuisse, certissimum est.
- Ibid. B Οὐκ ὡς ἐνζυμος] Ista ad Ecclesiæ Græcæ ritum pertinent, quæ panem fermentatum adhibet, & aquam calidam calici immiscet.
- Ibid. D Τῆ ἀφ᾽ ἑαυτῶν οὐκ τῆς ἀφ᾽ ἑαυτῶν] Hebdomada illa Diacænesimi, seu renouationis, ea est, quæ Paschatis diem sequitur: cuius Codinus Curopalates meminit c. 14. lib. de officis aulæ Constantinop. vocatur etiam νεά, id est noua, ob renouatos baptismate Catechumenos, qui Paschate baptizati fuerant. Latina Balsamonis commentarior. in Canones Apostol. Canone 69. versio, quorum textus Græcus non extat, siic habet Hebdomas autem τῆς ἀφ᾽ ἑαυτῶν, tanquam ipse magnus dies Dominicus reputatur. Anno illo Aureus numerus seu Lunæ Cyclus fuit x. Cyclus Solis vi. litera G. Pascha Aprilis 1. feria 6. diacænesimi Aprilis 6. Pentecoste. Maij 20. Dominica omnium SS. Maij. 27. Iuxta Ducam ergo, cœpit Constantinop. obsidio Aprilis die 6. Iuxta vero Leonard. Chiensem, & qui eum secutus est, Bizarum, cœpit Nonis seu die 5. Aprilis. Phranzes April. 2. obsideri cœpisse l. 3. c. 8. asserit. Hist. Turc. oppugnationem tradunt Rebiul-euel die 17. qui fuit Martij dies 28.
- Pag. 148. A Κατέναντι τῆς πύλης τῆς Χαρίσου] Alibi habet Χαρίσου. Gylus lib. 1. cap. 20. Topographiæ Constantinopoleos portæ Charfianæ meminit. Leunclaius cap. 200. Pandectar. Histor. Turcicæ, hodie vocari a Turcis Egri capi, id est obliquam portam docet. Græca vox κέρσιος obliquum significat: & tramite obliquo, in urbem per illam portam patet ingressus. qualem, in portis arcium urbiumque munitarum locandis, Architecti nostri regulam seruant. Loco citato notat Leunclaius, a quodam Charfia portam illam Charfiam appellatam. Quem Venetæ

factionis fuisse Paralipomena originum Constantinopolitanarum a Gretzero edita tradunt, & Magdalæ cuiusdam tribuni plebis collegam; quando Theodosius iunior, diebus sexaginta, muros terrestres ad Blachernas vsque construxit. Vicina est illa porta Palatio, Constantini vulgo dicto, Blacherniano olim appellato. Leonardus Chiensis portam illam appellat Caligaream, siue Caligario- rum, qui futores sunt. In illo Constantini Palatio, cubiculi superioris conca- merationis ianuæ boream spectantis, & qua in meniana patet exitus, lapidi su- perliminari aquila biceps alis expansis insculpta est: & in columellarum, quæ meniana ambiunt, capitulis lilia scuti Francisci cernuntur; aliquot etiam scuta hac forma expressa in Palatio illo videntur.

legi, debere: & a Francis nostris, scuta illa tione Paschatis. Quod Constantinopoli festum in vrbe celebrassent. Quod etiam Paschatis, vt historici tradunt, & eorum aliqui in ipsa Paschatis vigilia, Constan- tinopolitanus Imperator electus sit.



Aliquando putavi Pascha insculpta fuisse cum men- capta, vtrumque Pascha- Balduinus in festo Pa-

Από δὲ τῆς Ξυλοπόρτης] Xyloporta est illa, quæ vicinissima est Occidentali vr- bis angulo. Blacherniana olim dicta fuit, quod Blachernarum templo proxima esset. Videndus Gillius lib. 1. c. 20. Leunclavius Pandectis Hist. Turc. c. 200. ap- pellant eam Xylokercon. verum diuersas fuisse persuadeor: hancque Xyloker- con, eam esse quam Ducas Kercoportam infra appellat, quæ iam a longo tem- pore occlusa tenebatur. Quod vt credamus & asseramus author nobis est Canta- cuzenus lib. 3. c. 9. καὶ διελέγετο κρύφα τοῖς ἐν Βυζαντίῳ φίλοις, ἕαν δυνάμην τὴν πόλιν ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν ἀποδιδόναι· ἐπιηγγέλλοντό τε πλὴν τῆς Ξυλοκέρκου λεγόμενῶν πύλων ἐκ πολλῶν ἐπὶ τῷ ἀπω- κωδμημένῳ θύρῳ ἕδωτες εἰσαγαῖν. *Clam etiam cum amicis suis, qui Constantinopoli morabantur, colloquitur & agit, quomodo sibi urbem tradere possent. promittebant illi por- tam, quæ Xylokerco dicitur, quæque a multis annis pariete clausa erat, perfossuros, & vt illa ingrederetur urbem, patefacturos.*

Ibid. A

Τῆς Χρυσῆς πύλης] Aurea porta adhuc clausa est. Selymbriæ porta olim appel- labatur, vt notat Leunclau. loco citato. Ad illam extra muros fons adhuc extat, prope quem templum B. Mariæ Deiparæ extructum erat. In marmore sculpti Herculei labores Auream portam ornantes cernuntur. Sed calcis albo, cum an- no 1647. eos considerabam, vt & totus mœnium ambitus, inducti erant: ita vt oculos fugeret sculpturæ elegantia.

Ibidem

Ἔως τῆς Κοσμηδίου] De Cosmidio Zonaras Annal. Tomo III. in Romano Le- capeno: ex quo ad littus Ceratini sinus extra urbem situm fuisse patet. καὶ ἔστι τὸν τῆς Κοσμηδίου ἀγίαλόν, &c. Nicetas etiam in Annalibus ἢ δὲ ἵππος μὲν τῆς παρθενολημῆος πέσης στρατίας ἐπὶ Κοσμηδίῳ ἐφίστανται, μικρὸν ἐφθρηκότες ἐν τῷ Ρομφίων ἀντίστασιν, καὶ πλὴν ἐκείνου γέφυραν ἢ τὸν λεγόμενον πρυπητὸν λίθον. καὶ τὰ μὲν πλοῖα ἔειναι νῆες, καὶ οἱ ἀρόμανες ἐκείνου παροίσχουσι. *Copia equestres (Latinorum) cum peditatu, qui antecedebat, Cosmi- dium occupant: cum languide ipsis resistissent Romæ, qui ad pontem illic constructum, & lapidem Perforatum appellatum stationem habebant.* Fuisse autem locum illum extra urbis muros ex eodem loco constat, οὐκ ἄρα τε ὄρθως ἑστῶν οἱ ἐν τοῖς τεύχεσι. *Erecta ten- toria (Latinorum) videbant, qui intra muros erant.* & capite seq. fatis ostendit Ducas ad litus Ceratini sinus extra urbem Cosmidium situm fuisse. Locus ergo ille ad extremum littus sinus Ceratini situs erat iuxta pontem S. Mamantis: & alius esse nequit, præter eum, qui hodie Ai-bazari appellatur: cui vicina est Meschita IVP appellata; in qua collegij doctorum & Legis peritorum Pontif. Muphti appellatus, imperatori nouo imperium adepto, precibus quibusdā additis, acinacem cingit.

Ibidem

Κατὰ τῆς Γροπταίου, &c. Θωμά τῆς δὲ Ακίνου] Beatus Thomas de Aquino opu- sculum scripsit aduersus Græcos: quod Urbano quarto Pontifici Maximo de- dicauit. extat editum in operum illius Tomo XVII. eodemque continetur

Ibid C

aliud opusculum ordine tertium, aduersus Græcos, Armenos, & Saracenos scriptum.

- Ibid. C Διμητηρίου τῆ Κυδώνη] Iohan. Cantacuz. lib. 4. cap. 16. Histor. huius viri eruditissimi, cuius plura doctrinæ ac eruditionis monumenta extant, mentionem facit. fuit Cantacuzeno familiaris hic Demetrius, vitamque monasticam cum Nicolao Cabasila amplecti aliquando meditatus est. In Serenissimi Hetrutiæ magni Ducis Bibliotheca Laurentiana, Ptolemæi Mathematicæ Syntaxeos volumen in membranis elegantissime scriptum adseruatur, quod hic Cydones in Bibliotheca sua olim habuit. In illo tres Lunares Eclipses Theffalonicæ obseruatas, earumque momenta adnotantur, ex quibus Epicycli Lunaris quantitas demonstratur. Has obseruationes a Cydone & Cabasila habitas & consignatas fuisse arbitror: quarum prior facta adnotatur anno Alexandri 1665. Athyr 13. in 14. lucescente Hora 2. m. 24. post mediam noctem Sole Sagittarij gradum 16. m. 7. percurrente.
- Ibid. D Μεγαδούχου σωέρρον] Hic est Lucas Notaras de quo cap. 19. supra mentio facta est, quem Leonardus Chienfis Chir Lucam appellat, id est κύριον Λουκῶν, *Signor Luca*: qui cum Scholario sentiebat, de quibus talia verba facit Leonardus, *intendebat ex una parte Scholarius, ex altera Chir Luca quandoque ad præsentiam semet Apostolicam conferre, ut hi essent, qui soli rem intellexisse viderentur, quique primi laudarentur tantæ unionis authores.*

AD CAPVT XXXVIII.

- Pag. 149. B ΒΕΝΕΤΙΚΩΝ ἐμπορικῆ τεύχεος] Tres fuerunt, vt adnotat Leonardus, qui intra vrbs muros tunc agebat. Aderant insuper duæ agiles seu leues triremes Venetæ actuarias illas comitatae. Bizarus lib. 12. Naues Genuenses septem. Cretenses tres, & Chienfes paucas in Byzantij portu fuisse tradit.
- Ibid. C Ἰωάννης Λόγος] Leonardus eadem de Longo narrat, deque extra portas obsessorum eruptionibus.
- Ibid. Καὶ οἱ τῶν τῆς Γαλατίας Γενουίται] Leonard. clam Galatinos opem tulisse obsessis ait: verum eos ignauitæ arguit: quod castrum ad fauces Bospori ædificari non impedierint.
- Pag. 151. B Ἦν κερκισμῶος σω τῆ ἀλύσει] Constantinopoleos portum cathena ferrea clausum fuisse securitatis causa constat, cum Galli Constantinopolim expugnarunt: vt Nicetas in Annalibus docet. ὡς δὲ οἱ μὲν ἑπὶ τῆς οἰ δὲ ἐνάλιοι τὰς φρουρὰς ἐπέστησαν, ἐν ᾧ εἶηται Ρωμηῶσι σιδηρὴν βαρυτάλαντον ἀποδέειν ἀλυσιν, ἠνίκα πλοίων πολέμιων ἐπισηὴ ἕως ἐφοδῶς, ἀπὸ τῆς πωροσάλλουσι τὰς ἐρύματα. vt vero, qui terra profecti τῷ mari aduecti erant, ad castrum accessere: in quo retinaculum fixum est, cui cathenam ferream grauissimamque alligare solent Romæi, si classis hostilis irruptio immineat: Statim illud oppugnant. Laonicus lib. 8. cathena ferrea clausum fuisse portum hocce obsidionis tempore tradit.
- Ibidem. Αἱ δὲ νῆαι, ἀς εἰρήκαμεν πέντε] Tres fuisse Chienfes narrat Leonardus, & nauale prælium describit: Laonicus etiam lib. 8. adeundus.
- Pag. 152. B Δίτραυ πενταχόσαι] Hoc per Hyperbolam dixit Ducas. quingentas etiam vncias æquauisse incredibile est nedum tot libras verum fuerit. fortasse drachmæ hic intelligendæ sunt, quarum quingentæ æquant vncias 62. cum semisse vnus, id est libras nostras quatuor, minus fescuncia.
- Ibidem. Πάλδα ἐπὸνομαζόμενος] Balthoglum appellat illum Leonardus: cui vitam concessisse Mehemetem procerum precibus flexum: fortunis tamen omnibus honoribusque priuatum scribit. Laonicus lib. 8. paulo aliter de Palda, quem Pan-

toglen vocat, differit: & inter proeliandum a suis læsum fuisse tradit. Phranzes quoque adeundus lib. 3. cap. 10.

Περὶ τῆς τῆς ὑδρομηνδαῖας] Hoc factum fuisse asserit etiam Leonardus Chien-
sis: & per stadia 70. terra tractas fuisse biremes. Res equidem ardua, & locorum
peritis tanto magis difficilis videtur, quod e mari per cliuum sursum trahendæ
fuerunt. Augustinus Iustinianus in Chronicis Genuensibus terra tractas in *aquas
dulces* tradit: id est in fluuiorum Barbyfæ & Cydaris ostia, quibus in sinum Ce-
ratinum influuat. Leunclavius lib. 15. transfuccionem illam nauigiorum terra
factam quoque asserit, vt & Laonicus lib. 8. & Phranzes lib. 3. cap. 10. Extat apud
Zonaram in Basilio Macedone, & apud Cedrenum, tale traductarum terra na-
uium ex vno mari in aliud exemplum. Nicetas Ooryphas Saracenos vt impar-
tos & ex improviso opprimeret, e Cenchrearum portu in Sinum Corinthiacum
terra traduxit. Zonaras ἀπὸ τῆς καὶ Κόρινθον ἰαδμοῦ ταχέως ἀγαγὼν εἰς τεῖρας ἐν
τῇ ἑσπέρῃ ἐπιτίθηται τοῖς πολεμίοις αἰώσι, &c. *per Isthmum Corinthiacum terra triremes
celeriter traxit, & ex improviso hostes adoritur.*

Κάτωθεν τῆς διπλοῦς κίονος] Vno verbo Διπλοκίονιον dicitur. Turcis vero *Betzik-
tachs* id est *Cunarium Saxum*: quod a Galata ad Pontum Euxinum nauigantibus
post superatum locum, qui *Ortachioi* appellatur, ad sinistram statim occurrit.

Ibid. D

Διὰ τῆς Φαλαγγίων] Phalangia ligna sunt, quibus naues dum in terram subdu-
cuntur, aut in nauali repositæ stant, fulciuntur. Phranzes adeundus lib. 3. cap.
10. Notabit lector in Latina versione pro voce illa *traiecto* quæ nobis excidit, le-
gi oportere *ex ostij sacri freti*.

Ibidem

Ἐκ τῆς πορθμοῦ τῆς ἱερῶς σομίου] Hoc loco *σόμιον ἱερὸν* iuxta Διπλοκίονιον collocare
videtur Ducas, vnde nauigia in sinum Ceratinum terra tracta sunt. In quo loco-
rum situ cum Gillio & Leunclauio non consentit: qui *σόμα ἱερὸν* supra castella lo-
cant versus Pontum Euxinum: ita vocatum a templo Iouis Vrij, quod in Chri-
stianæ religionis templum a Constantino magno postea commutatum est.

Ibidem

Καὶ ὅτε ἠβούλετο ἀπολύειν τ'. μ'.] Hoc bombardarius faciebat, vt certius dirige-
retictum maioris tormenti: quem, vt efficaciorum, ad locum destinatum certo
dirigi, magis intererat. Laonicus lib. 8. narrat, ad latera maioris tormenti duo
minora apposita fuisse: ita vt tribus bombardis murus quateretur: primo mino-
ribus, maiori deinde, quod lapides trecentarum librarum pondo emittebat.

Pag. 153. C

Ἦν δὲ τότε καὶ τὸ ἔθος διρηθεῖσα] Quotannis Feria 5. quintæ septimanæ ieiuniorum
(cum *μέγας κήμων* ab Andrea Cretensi compositus recitatur, atque etiam vigilia
prima in Palatio peragebatur) Imago B. Mariæ Virginis Hodegetriæ, a mona-
stero τῆς ὀδηγῶν in Palatium deferebatur. Codinus cap. 12. offic. Constantinop.
Ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς ἐπιδημοῦσα ἐν τῇ παρατίῳ εἰκὼν τῆς ὑφαγίας θεοτόκου τῆς ὀδηγη-
τείας, καὶ μέγρι καὶ τῆς μεγάλης κυριακῆς τῆς Πάσχα. ἰώπνια εἰκόνα ἐρχομένη καὶ ἀπὸ τῆς
ὀ βασιλέως ἐν τῇ πύλῃ τῆς παρατίου αὐλῆς. τῇ δὲ ἑσπέρῃ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐρχομένη καὶ μέγρι καὶ
τῆς ὑψηλῶν ἐκτός. καὶ ἡμορδίας ἐκείσε μηνῆος τῆς βασιλέως ὀ βασιλέως ὑποστέφει. [A pri-
ma quatuor istarum vigiliarum Sanctissimæ Deiparæ imago in Palatium venit,
& vsque ad magnam Paschæ Dominicam in eo moratur. Cui venienti ad portam
aulæ Palatij occurrit Imperator. Feria vero secunda post Pascha, abeuntem de-
ducit ad vsque gradus altos exteriores: factaque ibi Imperatorum commemora-
tione Imperator reuertitur.] De hac Sanctissimæ Virginis imagine adeundus
Gregoras libro 5. qui Michaelē Palæologum primum urbem, post exactos La-
tinos, intrasse, præeunte sancta imagine scribit. Lib. 9. Andronicum Senio-
rem ante illam orasse, dum ipsius nepos iunior Andronicus ipsum inuadit. tunc-
que in Palatio stetit sancta imago extra tempus consuetum, capta siquidem fuit
ab Andronico iunior Constantino Maij 24. multis post Pascha celebra-
rum diebus. quæ etiam huius vltimæ obsidionis tempore, in Palatio ad expu-

Ibidem

gnatam urbem mansit. Cantacuzenus quoque lib. 4. cap. 1. narrat Annam Imperatricem eiusque filium Iohannem Imperatorem orantes ante imaginem SS. Virginis Odegetriæ stetisse, cum ipse Cantacuzenus occupata vrbe in Palatium penetrauit. De illa qui plura volet, adeat Iacobi Gretzeri commentar. in cap. 12. Curopalatæ Codini.

Εν τῇ μονῇ τῆς Χώρας] Huius Monasterij hoc loco & pag. 162. mentionem facit Ducas. Illud Gregoras lib. 9. cap. penult. a Iustiniano ædificatum : collapsum deinde ab Alexij Imp. focru instauratum : tandem a Theodoro Metochita ruinæ proximum resectum fuisse lib. 8. scribit. Gregoræ interpretes vertit Choræ monasterium : quare vero Χώρας appellatum sit nescio. In versione vertimus, tanquam Χώρας hoc loco *Regionem* vel vicum significaret. Sed videtur melius esse, si Choræ monasterium appellemus; forte quia in urbis parte, quæ Χώρας proprie appellabatur, & quæ Palatio vicina fuisse videtur, constructum esset.

Pag. 154. C

Ο ρηξ τῆς Οὐρσείας] Ita se reshabet. Anno 1453. Idib. Februarij, Ladislaus Posthumus Alberti filius Hungariæ Rex Budam venit : & a Iohanne Hunniade Coruino, qui a Varnensi clade Prorex Hungariæ fuerat, & Hungaricam Rempubli- cam administrauerat, arces quamplurimæ ei, administrationem regni tunc capeffenti, redditæ sunt. Quod vero Turcorum mala fides suspectos ipsos semper redderet : Hungariæ partes inferiores tuendas Coruinus suscepit. Perque multos dies in regia aula versatus, & secum omnibus consiliis communicatis, a Ladislao honorifice dimittitur. Sed de pace inter Mehemetem & Coruinum inita : aut de pacis illius instrumento scripto reddito, missoque ad Mehemetem nuncio, nullum verbum Historia Hungarica facit. Imo, vbi Ladislaus regni administrationem suscepit, aduersus Turcos Iohanne Capistrano adhortatore Coruinus statim se accinxit.

Ibid. D

Οτι δὲ μὲν τὴν τελευτὴν ἤπρω] Quæ accidit anno 1448. ad Cossouum campum, seu Merulæ.

Pag. 155. A

Ο πῖ. τῖ. πῖ. πύργος τῆς ἀγίου Ρωμύλου] Sancti Romani porta hodie vocatur a Turcis *Top-capi*, id est tormentorum bellicorum seu bombardarum porta : eo quod machinas illas ad expugnandam urbem, contra istam portam præcipue direxerit Mehemetes. Stat autem ipsa inter Adrianopolitanam & Nouam Turcis *Geni-capi* appellatam.

Ibid. B

Εν τῇ βασιλικῇ πύλῃ] Hæc porta Regia Leunclauio eadem est cum Pulchra.

Ibid. C

Εκδεχόμενος τὴν ὄρα] Huc referri debent, quæ in Legatione Constantinopolitana Luitprandi Cremonensis Episcopi leguntur : quam ipse anno 968. obiit pro Othonibus Augustis & Adelheida ad Nicephorum Phocam. eius verba talia sunt. *Sed cur exercitum non in Assyrios duxerit, quæso aduertite. Habent Græci & Saraceni libros, quos ὀρασις, seu visiones Danielis vocant : ego autem Sibyllanos : quibus scriptum reperitur, quot annis Imperator quisque uiuat : quæ sint futura, eo imperitante, tempora : pax an similtas ; secunda Saracenorum res, an aduersa. Legitur itaque huius Nicephori temporibus, Assyrios Græcis non posse resistere, huncque septennio tantum uiuere, post cuius obitum Imperatorem isto deteriozem (sed timeo quod inueniri non possit) & magis imbellem debere surgere : cuius temporibus preualere debent adeo Assyrij, ut in Chalcedoniam usque, quæ distat Constantinopoli haud longe, potestatiue cuncta debeant obtinere. Considerant enim utriusque tempora ; una eadem re Græci animati insequuntur, Saraceni desperati non resistunt ; tempus expectantes cum & ipsi insequantur, Græci interim non resistant.* Hactenus inter Turcos Piratas iste mos inualuit, ut librum quendam, in pretio habitum & religiose obseruatum adeant : sortes ex eo ducant : ut olim Homericas & Virgilianas, & omnium æstimatione ac religionis opinione præcipue cultas Prænestinas, consuluisse veteres nouimus. Quod si ex libro Pirata faustam sortem duxerit, naues quascumque adgredi haud dubitat,

nec cunctatur. Sæpe tamen delusus, stultæ credulitatis ac barbaræ superstitionis pœnas, præda ipse factus, luit. Gentis Turcicæ moribus satis congruit, hariolos & Ificos, vel vt Laonicus Zichidas appellat, qui in Mehemetis exercitu plures erant, tempus commodum vrbi expugnandæ indicasse: sic enim spes obsidentibus iniecta vrbe protiundi, auctique ad cœptum perficiendum animi.

Ο δὲ βασιλεὺς ἰδὼν τὰ τεύχη] Notant Historici Saraceni a gente sua Constantinopolim sæpius obsessam fuisse. Primo imperante Constante Heraclij nepote, anno eius 13. Christi 654. tuncque totus ager Constantinopolitanus direptus fuit. Secundo Constantini Pogonati anno 5. Christi 672. Tertio Leone Isaurio imperante anno Christi 717. Quarto Constantini Cypronymi temporibus, anno Christi 743. Verum huius obsidionis quartæ gloriam totam falso sibi arrogat, suisque auspiciis bellum gestum fuisse prædicant. Iuxta Græcos siquidem sic res habet. Dum Ardaufdam vsurpatorem Copronymus bello petit, & imperium recuperare conatur, Constantinopolim obsidet ac capit anno prædicto 743. Quinto obsessa fuit eiusdem Copronymi anno 24. Christi 764. Sexto tandem anno quarto Leonis Copronymi F. Irenes mariti, qui fuit annus Christi 779. Anno præterea Christi 798. regnante Irene, Saraceni in Thraciam penetrant, & ad suburbia Constantinopoleos omnia deprædantur. Postea anno 821. a seruo quodam fugituo Thoma; qui ad Saracenos transfugerat, fidemque Christianam eiurauerat, Constantinopolis obsessa fuit. Anno quoque 914. Bulgari urbem obsidione cinxerunt. A Gallis & Veneris anno 1204. obsessa ac expugnata fuit. eam quoque Morates II. per trimestre tempus obsedit, & tandem anno 1453. a Mehemete II. expugnatur; qui tormentis æneis, quæ anteriora sæcula ignorabant, muros quassauit ac diruit.

Ibid. C

Καὶ τεύχεα ἀπέσπευξε] Laonicus lib. 8. narrat Mehemetem Legatum ad obsessos misisse Ismailem Spentiariis F. vt eos ad deditioem hortaretur, vel potius vt vrbis statum exploraret. Ad illum vero Græcos respondisse, nullo modo se dedituros, sed extrema, vt urbem tuerentur passuros.

Ibid. D

Ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀκούσας] Leuncluius lib. 15. contrarium ex Historia Turcorum refert. Constantinum scilicet & Chir Lucam de deditioe faciendâ cogitasse: nisi Italorum autoritate & factione, qui ei nusquam consensuri erant, ab hoc proposito retracti fuissent.

Τότε ὁ Λόγος Ἰουστινιανός] Huius cœpti meminerunt Laonicus lib. 8. Leonardus Chienfis & Phranzes lib. 3. c. 11. De naue Genuensi a Turcis demersâ idem Phranzes capite 12. differit, sed a nostro in quibusdam dissentit.

Pag. 156. A

Καταπειθῶσα ἔγενετο] Leonardus Chienfis Laonicus lib. 8. Leunclau. lib. 15. Phranzes lib. 3. cap. 10. adeundi.

Pag. 157. B

AD CAPVT XXXIX.

ΠΑΡΤΙΣΑΣ ὡς τὰ πάντα] Cap. proximo diximus quisnam fuerit ille Legatus, & quo animo a Mehemete fuerit missus. præter Laonicum ad eundem Leonardus Chienfis, atque etiam Paulus Maurocenus Historiæ Venetæ libro 24.

Καὶ ἀποκρίσας ἔτι πρὸς φέρεται] Non conueniunt de huius tributi solutione Ducas & Laonicus. Ille quippe Constantinum inducit, quamlibet vectigalis annui summam pollicitum, quantam Mehemetes imperaret: quod hunc respuisse supra narrauit. Laonicus vero decem myriadas nummorum tributi nomine sibi solui Mehemetem petiisse scribit.

Pag. 158. B

Τὴν μαρτὴν ἀπάντων φωνῶ] Intelligit voces illas *Alla-hu*, id est *Deus est*, & illas

Ibid. C

Alla-hu-ekber, id est *Deus magnus est*. Quas quidem Ducas *μααρον φονιω* appellat, quia a pollutis impiorum labiis, Dei nomen contra ipsum, eiusque Ecclesiam vsurpantibus, pronuntiatur.

Pag. 159. B *Εκαλεστο ποτε Κερκιοπορτα*] De illa ne verbum quidem faciunt Gylus & Leunclavius. videnda sunt quæ supra cap. 37. attulimus, vbi de Xyloporta mentio habetur.

Ibid. C *Απο της Ξυλοπορτης ἀρχη της πλατεας*] Hagio-bazari, vulgo Ai-vazari appellatur his temporibus; vicina est Occidentali vrbis anguli. verum differt a porta Xylocerco appellata. Hæc quippe Xyloporta semper aperta fuit: at Xylocercos etiam Cantacuzeni temporibus, huiusque etiam obsidionis clausa erat. Platea Cynego vicina est.

Ibidem *Απο της ωραιας πόλης*] Pulchra porta appellabatur, quæ hodie *Bacze-capi*, id est *Horti porta* vocatur, vel *Cifut-capi*, quod magna frequentia portæ illius proximi vici, ab Hebræis habitentur, qui per contumeliam *Cifut* appellantur.

Ibidem *Τον Μεγαδημητειον*] Arx illa fuit in Promontorio quod Bosporus Thracius & sinus Ceratinus ambiunt: in quo hodie Sultani Saraium ædificatum cernitur.

Ibidem. *Τω εν τη μόνη της οδηγητεας*] Ex hoc loco & superiori cap. 11. colligere licet monasterium *της οδηγων* non longe fuisse distitum a muris Bosporo obiectis.

Ibidem *Αρχη της Βραχια*] Non longe distat hic locus ab arce Heptapyrgo, Iedricula Turcice dicta.

Pag. 162. B *Αζαπιδες*] Hæc vox proprie significat pedites: & Genitzeri eo nomine appellari possunt, quod pedites etiam sint.

Ibid. C *Ο Μαρος φέρων ειχσοι εννεα*] Capta fuit Constantinopolis anno 1453. Maij 29. vt quoque Phranzes & Leonardus, qui obsidionem tolerauere, testantur: quare nulli Chronologi contra horum auctoritatem audiendi sunt. Annus Hegiræ 857. tunc agebatur & Tziumadi-euel dies 20. cœperat autem annus ille Ianuarij die 12. 1453. fuerunt itaque initia mensium, Muharam Ianuarij 12. Sepher Februarij 11. Rebiul-euel Martij 12. Rebiul-Achir Aprilis 11. Tziomad-euel Maij 10. cuius proinde mensis dies 29. fuit Tziomad-euel dies 20.

Qui conferre volet Ducæ narrationem de expugnata Constantinopoli cum aliorum narrationibus, adeat Leonardum Chiensem cum Philippi Loniceri historia editum: Laonicum lib. 8. Phranzem, qui accurate omnia, quæ ad vrbis obsidionem pertinent, complexus est lib. 3. a cap. 12. ad 19. Iustinianus porro apud plerosque male audit, & propter obmissam muri propugnationem, accepto leui tantum vulnere, ignauix accusatur. Errorem etiam grauem admissum ab ipso notant: quod loco, cui præerat, decedens, nullum, qui imperaret, substituit. In insula Chio inglorius postea obiit, vt tradit Petrus Bizarus Historiæ S. P. Q. Genuensis lib. 12. Augustinus Iustinianus in Annalibus & Folietta lib. 10. vulnus lethale ipsum accepisse scribunt.

Ibid. D *Τοις μερεσι της Ταυρου*] Tauri regio est illa, in qua Sultani Baiazitis Mefchita, & Balnea ædificata sunt.

Pag. 163. B *Αρχη της κλονος της μεγαλου Κωνσταντινου*] Eadem est cum columna Crucis; hodie *columna cremata* appellatur, quod incendiis tota deformata sit.

Pag. 165. C *Μαρτυρης Θεοδοσιας*] Templum illius Sanctæ in ea parte, quæ *Casan Bassa* hodie appellatur, vltra sinum Ceratinum sita, Galatæ adiacente; in Mefchitam postea conuersum est. At quomodo potuerunt sinum transire cum Turci omnia litora complerent?

AD CAPVT XL.

TO TE καὶ ὁ Τύραννος] Phranzes videtur nostro consentire cap. 18. lib. 3. & eo ipso captæ urbis die illam ingressum esse Mehemetem affirmare. Alij, inter quos Leonardus & Bizarus, tertio ab vrbe capta die intrasse illam asserunt. Pag. 168. A

Αὐτὸς δὲ κελύσας ἐν αὐτῷ] In templo S. Sophiæ recitatas ab Imame seu Doctore Hutbeas preces, die Veneris expugnationem urbis sequenti, qui fuit Iunij dies primus, tradit Leunclavius l. 15. *Primo post urbem captam Veneris die celebratum ad Aiam Sophiam, (sic Turci scribunt) hoc est ad Hagiam seu Sanctam Sophiam, festum fuit longe maximum: conceptæque preces Hutbeæ Sultani Muhamedis nomine, pro ipsius tam incolumitate, quam prosperitate: ritu veteri, quo Turci suis omnia fausta Principibus optare solent.* Ibid. B

Μὴ φοβού] Phranzes lib. 3. cap. 14. Halilem Bassam consilium Mehemetis patefecisse obsessis, & animum ipsis addidisse narrat. Pag. 169. A

Εἰ ὁ βασιλεὺς ἀπέδρα] Phranzes lib. 3. c. 18. agnitum Imperatorem ex calceis purpureis, aquilisque in eis depictis scribit, qualibus vti Imperatores consueuerant. Ibid. B

Ἐν τῷ κίονι τῆς Αὐγουστείου] Forum Augustium non longe a S. Sophia ædificatum, & in quo columna a Iustiniano erecta fuit, suaque statua equestris ei imposita. Procopius de ædificiis Iustiniani, sermone 1. Ibid. C

Τὸν δὲ Μεγαδύκα] Dissentiunt a se inuicem Ducas & Phranzes, in iis quæ ad Magnum Ducem Lucam Notaram pertinent. Hic equidem inimicum & infensum nimis ei se profiteretur. Laonicus ad nostri Ducæ sensum magis accedit. Pag. 170. B

AD CAPVT XLI.

HOC capite Ducas Monodiam in captam desolatamque urbem, Nicetam Acominatum Choniarem imitatus scripsit. Pag. 172.

AD CAPVT XLII.

ΣΑΚΚΟΝ ἀρχιερατικόν] Id est vestem Sacerdotalem, quæ ad modum Sacci confuta est, exitumque capiti & manibus præbet, eamque superiniectam induunt. Solis Patriarchis Saccus competit, quem tribus anni diebus Paschate, Pentecoste & Natali gestant. Pag. 176. A

Ἐπιτραχήλιον] Patriarcharum & Archidiaconorum gestamen. ἀμνοὶ Χρυσούφανται sunt panni, in quibus agnorum figura & imago, (qua Iesus Christus Dominus noster vere agnus Dei significatur) acu depicta est. Ibidem

Καὶ ἑπαρχὸν κραταιήσας] Leunclavius hunc quoque Suleimanem-begum appellat, & Subassam a Mehemete Constantinopoli captæ præpositum narrat. Pag. 177. A

Καὶ τὸν μέγα ναόν] Hoc factum Iunij die 1. feria 6. seu die Veneris, vt ad cap. 40. ex Leunclauio adnotauimus: Ita vt prius S. Sophiam in Meschitam transmutatam ritui suo consecrauerit, quam Galatam intrauerit. Ibidem

Ἀπελογίσατο οὖν αὐτὸν] Iacobus Bosius Histor. Milit. Hierosolymit. lib. 7. post captam urbem anno 1453. Chios, Lesbios, Seruios, Trapezuntinos & Cafatinos vectigales factos esse narrat. Ibid. C

Τῷ αὐτῷ τῆς Σερβίας] Leunclavius asserit lib. 15. eadem æstate, qua capta est vrbs, Mehemetem in Seruiam exercitum duxisse: & anno sequente arcem Nouabardem occupauisse. Ibidem

Ὡς ὁ Ἔππος ὄν δεσποζέει] Nescio quod ius in Seruia se habere iactabat Mehemetes: qui maternum genus a Vulcouiczio non ducebat; Maria enim Georgij filia natus non erat Mehemetes, sed ancilla: videnda, quæ supra ad cap. 30. diximus. Hinc colligere possumus, quam noxia ac pestilens sit arcta nimis societas cum gente Turcorum; qui ex tali contracto matrimonio, ius sibi acquisitum iactabant. affinitas ac fœdera illa procul fugienda erant, Christianis præcipue: qui in certam perniciem illis trahebantur. Pacem tamen ac societatem, quales cum cæteris intercedunt Christianis, cum illis inire, & pacisci licitum, & commerciis tractandis vtile atque commodum. Fas etiam aduersus vsurpatoris iniustam inuasionem, illos obiicere: nec æquitatis studiosus Regem aut Remp. qui repugnando impar, aduersus potentio rem inuadentem hostem, auxilia inde sibi parauerit, merito reprehendere potest. Peccat qui aggrediendo aduersarium adigit ad tales protectores & adiutores confugere: & viam iis ad nostras prouincias occupandas sternere. quidquid enim vni perit Principi Christiano, omnibus perit.

Εἰσελθῶν δὲ ἐν τῇ πόλει] De ædificiis a Mehemete Constantinopoli constructis adeundus Leuncl. lib. 15. & in Pandectis cap. 139.

Εμαθον πῶς πινῶν] Aduertendum est Michaelē Palæologum primum, diem obiisse anno 1283. vt cap. 2. in margine adnotauimus: etiamque Turcos cœpisse tunc Asiæ minoris themata residua diripere ac deprædari. Ertogrul Othmanis pater, viuis exemptus est anno Hegiræ 687. qui cœpit anno Christi 1288. Februarij 5. fer. 5. tuncque agebat Othman annum 35. Ita vt principia militiæ illius, superstitite adhuc Ertogrulæ, cum Michaelis primi Palæologi vltimis temporibus congruant.

Ελέγχετο γὰρ] Non solum Michael conscientiæ stimulis vexabatur, sed & filius eius Andronicus, ob excæcatum & imperio spoliatum, contra ius iurifurandique sacramentum, Iohannem Lascarim. Nicephorus Gregoras lib. 6. adeundus cap. 7.

Τὸ μνηστῆριον αὐτῶν] Vox ista conficta proculdubio ab illis, qui vltimis Iohannis Palæologorum postremi diebus, res Græcorum ad exitium adductas cernebant; & ἀκροεποιήσια accipientes nominum Palæologorum, qui ab anno 1258. regnarunt, Michaelis I. Andronici I. Michaelis II. Andronici II. Iohannis I. Manuelis & Iohannis II. vocem illam nihil significantem, ΜΑΜΑΙΜΙ, composuerunt. Ex Gregora equidem discimus, temporibus Michaelis Palæologorum primi, oracula quæ sita fuisse; hisque ineptiis & præstigiis animos suos, non superstitione solum percussos, sed & ignauia & fœcordia deiectos, Græcos pauisse. adeundus ille lib. 5. tribus locis non longe a fine.

Non extra rem fuerit, si hic indicemus quædam ex Astrologia iudiciaria petita oracula vel prædictiones, circa Musulmanorum regnum; vt vanitas artis, & eorum, qui fallendos se illis hariolis bona fide tradunt, stultitia deprehendantur. In Bibliotheca Serenissimi magni Hetruriæ Ducis Ferdinandi secundi extat MS. liber cuius titulus est πῶς δίδοται εἰς τοὺς Περσικὰς κηρόνας, τῆς Αστρονομίας, & sic incipit, ἢ τῶν Περσικῶν κηρόνων σύστασις γέρονε, & in illo præterea quædam Astrologica continentur; ex quo Codice supra cap. 12. allatum thema cœleste, ad tempus ἀναρρήσεως Manuelis Imperatoris constitutum, excerpsumus: atque etiam sequentia excerpsumus ex Stephani cuiusdam Alexandrini Astrologi, de Mohammede & illius de religione dogmatibus successoribusq; ex Astorum positione vaticinio.

Στεφάνου φιλοσόφου, καὶ οἰκουμένης διδασκάλου, τῆς Ἀλεξανδρείας ἀποτελεσματικῆ πρᾶξις πρὸς Τιμόθεον τὸν ἀπὸ μαθητῶν. πρῶτα σὺ μὲν ἔχουσαι πῶς νεοφανῆ καὶ ἀθεονομησίαν τῆς Μωάμεδ, πολλὰ δὲ ἔτι ἄλλα τῶν μέλλοντων πρᾶξα γράβουσα.

Ὡς οἶδα, ὃ ἀφύεσθε Τιμόθεε, ἡμῶν πῶς ἀγαθὴν ἐν ᾧ παιδευτηριακῶν κηπιδίων ἔχοντων. ἐπέστη ἡμῖν ὁ ἀδελφικῶτατος Ἐπιφάνιος ὁ Ἀραβικὸς ἔμπορος, ἀπὸ τῆς Ἀραβίας ἀφικέ-

ἄνθρωπος. καὶ χαίρειν ἡμᾶς προσαγορεύσαντα, ἀσμένως αὐτὸν ἔειπεν ἡμεῖς καὶ φιλοφρόνως ἀντιπα-
 σάμεθα. ἔφαρκεν δὲ πρὸς αὐτὸν· ὅτι ἡκεῖς ὦ φίλε, καὶ τοῖς καλοῖς ἀγωγμοῖς ἡμᾶς ζέειζε. ὁ δὲ
 πρὸς ἡμᾶς καὶ μέλας φιλοτίμως ἀντεπεκρίνατο. Τί οὖν μάλιτα ἐνώουχας, ἔφην, τοῖς φιλο-
 σόφοις ἡμῖν; Φαῖναι δὲ τὸν ἔμπορον, εἰ μὴ τί καὶ ἄλλο ἴσκησιν οἶδα, μάλιτα δὲ ὧν ἐτετραμύλιον ἐπὶ
 ἄλλοδαπῆς, ἢ δὲξήσιν ἐπομύλιον ἔχω, ξενοφονοῦσα ἡμᾶς καὶ ἐκπλήττουσα, ἀπαρτίσθαι. πῶς
 ἔχῃ αὐτὴ, ἡ δὲ ἐγὼ; ὁ δὲ ἔφη πρὸς ἐμέ· τὸν ἀστρολάβον ἀφ᾽ ἑστέου ἐπίσημον ἔχει τῶν σὺν Φοι-
 τητῶν, καὶ πλὴν ὠροσκοπικὴν μοῖραν γινώσκει, πῶς ἀστρονομίου ἄνθρωπος καὶ τῶν ἀστέρων κίνησιν, καὶ τῶν κέν-
 τρων πλὴν διδυκρινημύλιον βεβαίωσιν, ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸν δῆγμα καὶ ζένον ὅτι χεῖρημα. πῶς ἀφ᾽ ἑ-
 μα δὲ ἐγὼ ὡς ἐμῶ Σοφρονίῳ ἐνετειράμην ἀφ᾽ ἑστέου τὸν ἀστρολάβον· αὐτὸς δὲ ἀφ᾽ ἑστέου, καὶ
 πλὴν ὠρον πολυπαραμνοῦτος, ἀσπίδας ὅτι σῶμα ὁ ἔμπορος διηγείτο ἡμῖν. Ὅτι καὶ πλὴν ἔρημον
 τῆς ἔρημῶν, ἔφαναι τις ἀνὴρ, ἐκ τῆς τῆς λεγομένης Κορρασιακῶν φυλῆς, τῆς τῆς Ἰσμαὴλ γε-
 νεαλογίας, ὄνομα δὲ αὐτοῦ Μωάμεδ· καὶ ἐαυτὸν ἔλεγε πρὸς ἡμᾶς. ἔφαναι δὲ ἐν μύθῳ. Φαρ-
 μουσι, ὅς λέγεται ῥωμαϊκῶς Αἰφίλιος τῆς ἑλλάδος. ἀπὸ ἀρχῆς Φιλίππου. ἀφ᾽ οὗ καὶ καυφονίας, καὶ
 διδάχων δὲ ξηλαμύλιον· ὑπερῆσται δὲ τοῖς δεχομένοις αὐτὸς πλὴν διδάχων πολέμων νίκης, καὶ
 ἐξῆρκεν ὅτι κεραιάς, καὶ πῶς ἀφ᾽ ἑστέου πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἐμφοβος γενεῶν ἐπὶ τῆ
 τῆς ἀνδρὸς διδοκίμῳ, πῶς δεξίᾳ κέρηται τυχῆ, καὶ ἐν ἀνδραγαθία κεραιαοῦται, ἐθέμην σὺ-
 πον ἀναθέσθαι σοὶ τῶν φιλοσόφῳ· ὅπως, ἀφ᾽ οὗ σοὶ δοθείσης ἑστέου, ὅπως πλὴν εἰς αὐτὸν
 τῆς τὸν ἀνδρα γινώσκων. πεπυσμένος δὲ ἐγὼ αὐτῶν πῶς τῆς ἀνδρὸς; σιώνους τε γέγονα πῶς
 χεῖρημα· καὶ ἀφ᾽ ἑστέου, ὡς οἶδα, κατ᾽ ἐστέον ὅτι παιδολύκειον, καὶ τὸν ἀνδρα πρὸς ἡμᾶς,
 διδυκρινημύλιον πλὴν, ἀφ᾽ οὗ τῆς ἀστρολάβου, ἀναδοθείσθαι μοι ὠροσκοπικὴν μοῖραν. καὶ δὴ τῶν κέν-
 τρων διδυκρινημύλιον, ἔπειθ᾽ ὅτι τῆς ἐποχῆς τῶν πέντε πλανητῶν, ἡλίου τε καὶ σελιῶν, ὅτι
 πολλὰς ἐνηκολήθην ἡμέρας ταῖς ἀποτελεσματικαῖς βίβλοις· καὶ μὴ πολλοῦ μέρους καὶ κέρους,
 ἡδυνήθην γινώσκων πλὴν τῶν μελλόντων ἀφ᾽ ἑστέου, πῶς τε τῆς πρὸς ἡμᾶς ἀνδρὸς, καὶ τῶν
 αὐτῶν ὁμοφύλων· ἢ τοὶ πλὴν ποσότητα τῶν ἐστέου πλὴν αὐτῶν ὅτι κεραιάς, καὶ τοὶ χρόνοι τῶν ἐν αὐτοῖς
 βασιλευσάντων μὴ τῆς αὐτῶν ὅτι κεραιάς· καὶ ἄλλα ἕνα συμβεβηκότα καθεξῆς ἐν ἰδίῳ
 κεραιῶν. πρὸς δὲ ὅτι γινώσκων σε πλὴν ἐξῆρασιαν, καὶ ὅτι ὡς ἀφ᾽ ἑστέου ἔπειθ᾽ ὅτι κεραι-
 μα, ὑπεθέμην τῆς ζωδῆκῶν πλὴν κέντρων, καὶ τῶν ἀστέρων τῆς ἐποχῆς, καὶ τῆς ἐξῆς ἀποτε-
 λεσματικῶν ὅτι κεραιάς, ὡς ὡς ὡς ὡς ὡς. [Dum in hortulo Scholastico, prout opti-
 me Theophile nosti, agebamus, honorandus admodum Epiphanius mercator
 Arabs, qui ex Arabia nuper aduenerat, ad nos accessit. quem, vbi nos salutauit,
 ex animo ac beneuole amplexi resalutauimus. Diximus porro illi, oportune ad-
 uenis amice. pulchras etiam, quas attulisti, res nobiscum communica. Quibus
 honorifice respondit. Quas ergo, inquam, nobis Philosophis res præcipue adue-
 xisti? Respondit mercator, quamuis alia nesciam: quorum tamen in exteris re-
 gionibus spectator fui, narrationem impræsens instituire possum: quæ nouita-
 te sua, aures & animos auditorum attonitos reddere possunt. Quidnam sit, dixi,
 ediffere? Tunc ille iube discipulorum tuorum vnum, vt Astrolabum appendat;
 Tu horoscopi partem inquire, stellarumque motus adnota. Centris seu Cardini-
 bus signa accurate adscribe: siquidem hoc facere, propter casus incæptique por-
 tentosi nouitatem, operæ pretium erit. Statim itaque, vt astrolabum aptaret, So-
 phronium meum iussi: Appenso itaque horam curiosè inuestigauit, cæpitque
 mercator de illis nobis differere. In deserto Ethribo, vir quidam ex Corrhasia-
 norum gente, quæ ab Ismaele deducit genus, innotuit nomine Mohamed, qui
 se prophetam prædicat. Ipse vero mense Pharmuti, qui Aprilis Romanis dici-
 tur, anno a Philippi initio 932. in publicum prodiit. Nouas voces ille, & dogma-
 ta a receptis diuersissima inuehit. In bello de hostibus victorias, & Paradisi de-
 licias pollicetur iis, qui doctrinam suam amplexati fuerint. Ista cum audiissem:
 pauorque mihi iniectus esset, quod vir ille auctoritatem sibi compararet, pro-
 spera fortuna vteretur, & claris facinoribus potentiam stabiliret, ad te, qui Phi-
 losophus es, ea referre statui: vt qua polles, a Deo tibi concessa sapientia, de illo
 viro, quæ futura sunt, cognoscas. Ab illo talia cum rescuiissem, cogitabundus

